


BIBLIOTECA NAZIONALE
6
19 A
7
VITTORIO EMANUELE




BENEDICTI LAMPRIDII,

NECNON IO. BAP. AMALTHEI

CARMINA.

Collegij Rom. Soc.  Jesu cat. inscrip. B.S.

Non sine Priuilegio.



REFECTA

VIVO MORTE  MEA.



VENETIIS APVD GABRIELEM
IOLITVM DE FERRARIIS.
M D L.

BENEDICTI LAMPRIDII,

NECNON IO. BAP. AMALTHEI

CARMINA.



Non sine Privilegio.







VENETIIS APVD GABRIELEM
IOLITVM DE FERRARIIS.
M D L.

CLARISSIMO VIRO

BERNARDO ZANO PATRI= TIO VENETO,

LVDOVICVS DVLCIVS S.



MNIVM ferè probata consensu opinio est Bernarde clarißime, si scriptorum delectationem, & suauitatem quærimus, nihil poetarum monimentis esse præstantius. quorum industria cum præcipue ef florescat, uberrimos etiam fructus affert. Sed quoniam carminum sonus, quasi uocum quidam concentus, in animos statim influit, eosq; uoluptate perfundit; sic fit, ut minus in doctrina, quàm in iucunditate positum esse uideatur. atqui ex hoc toto genere, mirum est quantum hauriat optimarum artium cognitio, atq; scientia. quod cum tu præclare nosti, tum unus omnium maxime es consecutus, ut egregiorum poetarum tractatione et, quæ illi scripserint, optime teneas; et, quæ sint ijs simillima, persæpe etiam scribas. Et quamuis plura in te ornamenta uel probitatis, uel uirtutis, uel dignitatis eluceant; quæ tanta sunt, eá ut commodius admirari, quàm commemorare me possè existimem; tamen cum ad cumulatam sapientiam hæc studia adiunxeris, uideris quoq; ad perfectionem maxi

marum rerum laudem, splendoremq; addidisse. Summa quidem cum auctoritate, & gloria in Rep. es uersatus. quam studiosius amplecti dum uelles, tuis ipse commodis sæpius defuisti. incidit tempus tibi omnino graue, tuis ciuibus penè luctuosum, cum te uis quædam incommodæ ualetudinis à Senatorijs muneribus abstraxit. quo in tempore id tamen consilio, prudentiaq; contendis, ut Remp. semper & ornes, & augeas. His à curis cum aliquando conquiescis, te amœnissimi Musarum recessus excipiunt, ubi & iucundissimo frueris otio, & te reconditis, & exquisitis literis oblectas. Quæ me causa impulit, ut Benedicti Lampridij, & Io. Baptistæ Amalthei carmina in tuo nomine emitterem: alterius quidem, quotquot posteris commendanda ipse statuit, alterius uero pauca quædam à me collecta. quæ quia & tibi, & cæteris probabuntur, fore confido, ut doctissimus adolescens maiora etiam, quæ multa conscripsit, quam primum censeat in lucem esse proferenda. Vale.

AD CREMONAM PATRIAM.



Va illa tandem maxima uota Dij
Audiuere boni, hinc fauens
Nũc cœtus celebras, memorq; lucis,
Quæ modo fulsit tibi, eam quotannis
Læta Cremona publicis ludis uoles.
Vt feruidi currant equi,
Nuda palustra uiros fatiget,
Concurrat audax pinu eques trabali,
Tercentum sua spectet
Ludicra uulgus,
V idebis alta de specula nouas
Nuptas despicere in uiam,
Queis monilia pulchra & arte; & auro
Sint, & intexto preciosæ acantho,
Vestes, Tyros quas non auara tinxerit.
Cultu locus quis diuite,
Quis locus egregijs carebit
Forma puellis, mater unde amorum
Ridens pectora curis
Figat amaris?
I bit hac illac iuuenis pallidus, & redibit
Se se in equo lupata
Mandenti ostentans, auroq; & crine decorus
Composito, qui uulnere amoris
Victus stare loco nesciet, ac, certa uelut canum
Fides herum quærit latentem,

Per fora. perq; domos,
Sic illum trepidans cor feret, ac miser
Suspiciens, oculos uertet modo huc, illuc mod
Cernere ut queat suam.
Licet hinc obstiterit magnus & inde
Populus; qui studijs se paribus fundet eodem.
N *am quæ uoluptas fugeret inuida?*
Seu certamina blandius,
Seu te percutient stolæ decentes,
Totq; luxu regifico apparatus,
Vt hæsites, quo lumina intendas tua,
Vbi'ue defigas prius.
Inde, ubi præmia iam peracta, et
Confecti erunt ludi, serena quando
Nox induxerit atro
Sidera celo,
I *psas inibunt lætitiæ domos,*
Tunc cœnæ arbiter, & meri
Vinctus crinem apio decem iubebit,
Principem Augustum ciathis bibamus,
Quem nuper aureus cupitum maxime
Sol reddidit genti suæ,
Præcipue tibi præter omnes,
Quæ cara semper Sforcijs fuisti,
Ex quo se omine primo,
Dia iugarat
B *lanca Francisco, unde decus Sforciadum, furore*
Qui toties repressit,
Hostilem uictus nunquam, iustissimus idem
Siue forum, seu castra tenerent

Sponsæ ergo pater optat generum, mœnibus ipsum
Nostris Philippus Rex *locorum*, *(emit.*
Filia sola domum
Seruans Blanca, *& opes diuitis* Imperij,
Additur egregio coniux duci illa Heroidum
Quæ fuere, quæq; sunt
Honor, ex illo igitur tempore nostram
Coluit Sfortiades præ reliquis urbibus urbem
Quod hic pudentis tunc patuit uiro
Nuptæ uirginitas nouo,
Et plus seq; suaq; luce terras
Illa dotales populumq; amabat,
Quin & Cremona principium Regni *fuit,*
Tantæq; fortunæ caput,
Nota uirum ingenijs Cremona, &
Armis, profusa argenti, auara laudis,
Formosissima & intra
Mœnia & extra,
Quàm multa de te nunc mihi se offerunt,
O desiderium meum:
Quæ chordis resonem integris; laborem
Post tot annorum, nisi uellat aurem
Pudor? mihi namq; es parens carissima
In teq;, & ipsum me probem,
Adijciam tamen, ut sequuta es
Semper fidelis, quo uocaret Eurus
Voluens aspera nigro
Aequora fluctu,
Atq; tempestas ubi iam candidior refulsit,
Lætitia subinde

Exultas, lucent ignes, festusq; per urbem
Clamor, humum alterno pede pulsant;
Læti dulce rosis impediunt nectar olentibus,
Et tibias conuiuiorum
Mutuus usus amat,
At nil ipse modis præfero doricis,
Astra quibus uolucri continget heros uertice,
Sed quis audeat sacer
Heliconis fidicen tollere cantu
Iuuenem magnanimum fortiaq; examina bello?
T *erras Io nunc obtinet Italas*
Magni ille egregius patris
Vltor: proditio patrem infidelis,
Vnde non pulchrum fuerat cauere,
Diuendidit, simulq; regnatum gregem.
Tunc dura uenit seruitus,
Tunc miseram exilijs coacti
Ciues salutem quærere immerentes,
Caris cum pueris, et
Coniuge cara.
C *um Rege plectuntur populi suo:*
Is fructus tamen in malis
Se profert, uice quod soluta dulci
Explicant frontes magis, & uoluptas
Mœrentum acuto corda tentat gaudio,
Franciscus attulit nepos
Quale modo, in sua dum rediret
Regna, & cruorem dum ruens per atrum
Nostro milite sæuos
Frangeret hostes.

N on metus posthac redeant, atq; iterum tumultu
Facto equitare tentent
Ausonios per agros, aut ipsi, aut postera gentis
Proles, nam quos Marte cruento
Ereptos uoluit Rex supremus, uoce per oppida
Testantur ingenti, monentes;
Soluite spes animis,
Ne'ue ultro Italiam inuadite: iam satis
Fleuimus. Italia est genus uirorum, quos licet
Viceris, domum male
Referas præssa alacri tempora lauru,
Animis illi adeo corripiunt arma refectis.

AD FRANCISCVM SFORTIAM.



S cordi superis, optime Rex meæ
Gentis, Sfortiadum genus
Francisce, ab illo nomē inditū duce,
Quo bellante aliquid sibi placebat
Mauors, fluebat campus atro
Cruore, sæuas iam pigro
Cædes uoluebat Padus amne.
T unc nymphæ insolito prætrepidæ metu
Fugere intima sub uada,
Talem parentum scripta auum tuum docent,
Quem iam nunc teneris sequens ab annis,
Insigne uirtutis dedisti
Nobis decus, reponeres
Gallis dum te in sceptra, fugatis.

H *i copijs te* Belgicis *præmebant,*
Militeq; Heluitio, *tremendæ*
Quos obarmant(ut uetus his mos patruis) secures:
Tu tamen, quamuis studio esset illa
Gens duri aspera belli,
Irruer*etq; multa,*
N *il contra es ueritus agmina ducere*
Insubres Iuuenum *manus,*
Cumq; hoste securus necis pro patria
Hastas consere, Italum*q; robur.*
Hesere scutis scuta: mœstus
Hinc clamor, inde gloria
M*actantumq;* V*irumq; cadentum,*
C *um* G*alli rapidam corripiant fugam,*
V*osq; occidere pergitis,*
V*t quenq; fortuna obtulisset ultimum.*
T*andem funera nox, diemq; clausit,*
A*c leta pubes uenit urbem,*
Q*uos inter ibas sordidus*
P*ulchro puluere, sanguine pulchro.*
G *ratantur omnis* C*iuitas, tuumq;*
N*omen ubiq; reponit* E*cho,*
R*eddita ut lux, templa* D*eũ cœta adeũt frequẽti,*
C*um tamen spectes lachrymis madere*
M*ultos, lætitiæq;*
E*t medios doloris.*
P *atrem eheu repetunt mente tuum boni,*
Q*uo prudentior haud fuit,*
N*ec iustior quisq;, nec acrior manu.*
F*ama ille ad solium* I*ouis uolarat,*

Sed laudibus dispar sequuta est
Fortuna tantis, nec datum
Infandas euadere fraudes.
N *ullam fata domum perpetuo beant,*
Mutatamq; probant uicem,
Verum, Deus si quos amet, dispendia
Ipsi illi reparant, opesq; fractas,
Quin sæpe damnum res sequuta
Opimior, uenitq; Sol,
Fœnore qui reddat caput uncto.
T *ransibis alpes fortis, & cateruas*
Incipies Italas per agros
Celticos immittere, nec barbaricis ruinis
Desines incumbere, donec aurium
Præstantiq; puellas
Diuidat ore miles:
I *pse autem populis des tua subditis*
Iura, ac latius Imperes.
Curas remordentes præmunt obliuia,
Cum se fors reditu ferat secundo;
Maioraq; amißis rependat,
Nam quicquid accidit semel,
Non homines, non Dij reuocarint.
I *mprimis cineres, sanctaq; Barbaro*
De busto ossa reuulseris,
Quæ semper ossa culta nos habebimus:
Ipsum uero etiam sacrata in æde
Votis uocantes rite honorem
Imponemus aris supplices,
Est genitor perpesus easdem.

G *lades tuus, quæ sceptra liberosq;*
Regis Echionij *insequutæ*
Olim erant, dum uita fuit, sæua pericla adibant,
Non acqua, aut tellus miseris patebat.
At post Iupiter *æquus*
Annuit arcem Olympi,
N *on fiunt homini de nihilo bona,*
Semper nescio quid præit,
Fugisse quod uelles: sed hortatur memor
Virtus, pectore suffcras in æquo,
Seruesq; gaudijs te futuris.
Ergo quid in cassum angimur,
Quòd te lecto affixit iniqua
F *ebris, nec metum adhuc solicitum eleuat*
Fidus cultor Apollinis?
Salus redibit afferens uires nouas,
Atq; è morbo animosior resurges.
Sic Hercules *quondam ruebat*
Laboriosas in feras
Ex erumna ingentior ipsa:
M *aiora rebus te manent peractis.*
An dubitamus adhuc, sinistrum
Cum tonet, cum lanificæ fausta neant sorores?
Quod seuero pollice parca uoluit,
Non industria, non uis,
Ante diem refringet.

AD IANNVM RVFFVM.



Vmana sæpe fallimur
Gens, sæpe nostræ spes fluūt inanes,
Quanq̃ illas ratio, & cōsiliū regat.
Omnis, in quo spes fuit
Nostra olim sita, longum
Officium ille tempsit
Securus ueteris de se pendentis amici.
At Ruffius audito meo uix nomine
Contulit fessæ otia tuta Musæ.
Age dic memori carmine magnum
P implea Ruffum. dignior
Est nemo, blandis quem sacrare neruis
Optes implicitum flore comam nouo,
Si uirorum gloria
Quicquam pectora tentat
Grata, animumq; dulci
Afficitur cura, & referendæ laudis amore,
Qua fulget heros Liuiensis plurima,
Orbe se quocunq; teneret, annos
Seu demeret ætas, siue adderet.
T estis urbs Quiritum
Aeterna Iouis alite
Condita Roma, hominum
Iudex, ubi renidet
Aurea, tanquam in lumine magno
Virtus, sequuta est quæ benignum
Ruffum adeo, foret ut secundus

Nemo, proximi trecenti.
Non ergo diuus Iulius
Secum anxius longum reuoluit, alta
Quærens mente, graui qui ſapientia,
Et fide immutabili
Eſſet prœditus, idem
Fideret æquitati
Auro incorruptus, linguaq; & pectore fortis.
Deliberantem anceps moratur copia,
Cum quid eccellens animum remordet,
Summa & de re nouus inſtat labor.
Fernandus æquo Iberiam
Sceptro tenebat clarus ille fama,
Qui regnum ualido militi Bethicum
Et ſibi & noſtris Deis
Subiecit melius, quo
Soſpite nullus eſſet
Nunc timor audito magnas Oriente carinas,
Parare'ue ſtet nomen amplius pium:
At repoſitum hoc in gremijs Deorum,
Quibus omnia fiunt auctoribus.
Regem ad hunc grauiſsimus
Ruffus mittitur. ille eo
Omnia conſilio
Perfecit, ut uirorum
Terræ præſtantum genitrici
Laudem adhereret ſummam, ſ orum
Tolleret æthereis paternum
Ignibus, ſuamq; gentem:
Quam magna origo Liuius

Dux condidit, qui sæuius furentes
Pœnos, & tumidas Asdrubalis minas
Contudit bello ferox.
Refert Principe quò stent
Mœnia Ciuitatum,
Et manet antiquum Populis per sæcula robur.
Hoc Gallus olim expertus ingentem suæ
Retulit luctum patriæ, & tacenda
Cupidus noscere damna uxoribus.
Hic militaris gignitur
Iuuentus, hic qui lucida astra norint.
Hic est uber agri, has Thespiadum chorus
Maxime terras amat.
Ecquis singula speret
Dicere? non laborem hunc
Ipse adeam sanus, numeriq;, & finis egentem.
Dein ipse me Ruffus uocat, Ruffus, premi
Qui uetat raram ingenij feracis
Vim stemmate Auorum longissimo.
Dij, quis erudior
Ille & scribere erat Catus,
Carmine seu nitido,
Sermone seu pedestri
Docta effingere orsa parentum,
At tanta cum præstare posset
Facta etiam, mage iudicauit
Hanc uiam impiger terendam.
Loqui est decorum, at altius
Se tollit, humanum genus iuuare
Qui rebus sapiens egregijs potest,

Hac uia mortalibus
Fulgentem itur in Aulam,
Dijq; probantur esse,
Te diuina quibus uirtutum gloria miscet,
Vt Ruffe compellare te tandem audeam,
Qui merere ut treis domini approbarint.
Quando id prius accidit, aut olim erit?
V ni placere Principi
Et casus, & libido præbeant satis;
Certe hoc ipse sagax rerum animus dedit.
Te Leo, Te Iulius
Experti prius, at nunc
Optimus Adrianus,
Sectatus famamq; tuam, exemplumq; priorum,
Tibi recludit pectoris sacra intimi,
Vt iuues, in partem onus, atq; prudens
Cures, deceat quis populos status,
N eu quod obtigit suum
Cuiq; iniuria secum agat,
Præsidium miseris
Ne desit, & superbos
Leges, iuraq; debita frenent,
Felix Io, sanctumq; Sæclum
Dij proprium finite, omnis ore
Vos precatur orbis uno.

IN ORPHEVM A IVLIO
MEDICE DICATVM.



VDORE *quæsitam impigro*
Virtutem pater usq; numeratus
Creditur Cœli plaga.
Hunc olim Semeles puer
Dum terit callem pedibus decoris,
Ignes auxit Olympo.
Castorem uagi notis
Sæuum tumultuantibus nautæ uocant,
Non caret Herculeus numero labos,
Vt strauit ingenti manu Leones
Monstraq; Lernæ.
N *eq; tacitum tua linquunt*
Fila Lyræ canora
Orpheu, quem patrio super Hemo,
Dum querere modis
Tristibus Euridicen adeptam,
Arbores ferunt sequutas,
Vatemq; mobili umbra
Munisse, pedes per aprica
Thraciæ ferentem.
T *unc stetit celer Hebrus,*
Tunc Lyræ studio
Aurita repserunt gelidi iuga pindi,
Non Nerei fremitus obstrepuit sono,
Quin & colubris hispida colla tumens
Cessit tænareæ canis triceps domus,
Ebur ut blandis crepuit neruis.

A nimo gaudebat tacito
Erudijsse mater
Calliope Ioue nata supremo,
Non tamen immemorum
Fugit iniqua hominum uenena,
Antequam petijsset astra,
Vbi ille nec caduco
Nec bono fragili potitur nunc
Dijs Iouiq; carus,
E rgo plurima laudum
Orta materies
Aeuoq; functis, sospitibusq; Poetis,
Qui faustos Medicum densi adeunt lares
Hymnis canentes Orphea nobilibus,
Teq; o spes bona natum Iuli, qui dicas
Illum simili marmore positum.

ANTONIO TEBAL.


Ebalde carminum meorum candide
Iudex, pudor quis aut modus
Fiet dolori? flere tandem desine
Tam dulce, tam carum caput.
Non ille uidit ultimum solus diem,
Solíue flendus contigit,
N am quem uiri non excitarat cognita
Virtus amore uinciens?
S eu pangeret uerbis poema lidijs,
Siue os latino solueret

C oncentu aquas potus iugo sub aone
Priscis easdem uatibus,
V nde inclytum Ferrariæ uestræ decus
Nullum tacebit sæculum,
A t te ista, quamuis magna, non sola incitant,
Sed mutua additur fides
A nimi, paresq; moribus raris uiæ,
Idemq; uirtutum calor,
Qui sæpe coniunxit sub uno ambos lare
Tota beans anni mora.
H eu dum reuoluo hæc, mens perhorrescit mea,
Nec quid loquar, satis scio.
A n quicquam amico dulcius nobis datum?
Vincis Tebalde, & me simul
R apis grauem in luctum, dolentem te ne ego
Videbo, quin sim particeps
D oloris? an ne quenquam amare tu potes,
Vt non eundem tecum amem,
V isum licet nunquam? sed ut cunctos dies
Bonum fleamus Timotheum,
N unquam remixtæ lachrymis uoces pijs
Plutonium flectant canem.
Quicunq; nascimur breui post lumine
Aeternus impedit sopor,
N ec tum genus, puriq; candor ingenij,
Nec qualis illius fuit
P lena hospitum domus, semel uinctum excitent.
Fatis nihil potentius.
D urare sæua fata nec uolubilis
Valet potens Cœli Deus,

Qui si uelit caris rogos depellere,
Euadat irritus labor.

IN OBITVM CARD. SED.



Rgo ne sic positum aspicio, ergo ne
Te uetitum ætherea
Luce pasci, te optime
Matthæe, qui maioribus edite nullis
Tantus fuisti? rursus obuersabitur
Ille mihi ante oculos,
Quo manus inter millia nullum aliud
Monstrum urbs alit, quo sospite semper erunt
Pestes, uenenaq; omne genus, nihil intabidum
Videre licebit.
Visum ita Cœlicolum supero patri,
Quem fera præcipitat
Ira mortale in genus,
Perditq; sublatis simul his, simul illis
Damnum relictis inmalum mala uice.
Ah quoties melior
Largis tuum olim flectibus interitum
Pars conqueretur. te pereunte diem
Inuoluit atra nox, furit undiq; tristis dolor
Acuto ululatu.
Quis uos, o miseri inanet
Nuntius Heluetij, Sedunensis præsul
Occidit, occidit,
Qui claro patrium extulit polo decus,

Estis unde nouo uocati honore
Templorum & fidei præsidium sacræ,
Iuuit fatigata ille magnæ
Romæ numina, uobis
Dum pium nomenq; decusq; suadet.
Ah sæua nostris gens malis cachinnat,
Exultat inuisissimus
Hostis, qui magno prius auro
Reiectus ab Italia toties
Emisset dura hæc nostri spectacula luctus.
Laborem sequitur labor,
Nec redeuntibus usq; sæclis
Proueniet nefanda
Vllius de morte seges uberior dolorum.


AD GIBERTVM.



Iberte pectus maximarum
Rerum capax, ætas licet
Matura nundum, uixq; signes laneo
Mētū flore nouū, & purpureas ge=
Cū tibi recte ē, facilisq; puppim(nas,
Ventus prosequitur tuam,
Tunc me nemo hominum beatiorum
Gaudijs præteruolat
Ignifero super æthere pendulum.
Turbata rursus ceu columba
Pauore suspensus tremo,
Si diua præses Antij transuersum agat,
Et fracto pelagus remigio nates.

Aut, ubi sæuit pater æstu & ira,
Si te inter miserabiles
Luctus, terrificumq; mortis agmen,
(Heu loquentem horror subit)
Longa morentur in urbe negotia.
An sunt ulla negotia tanti?
Tuam ut nefandis expositam sinas
Pestibus animam, manifesto & rogo;
Latio cum excideret Gallia uecors
Armis turpe relictis,
Segesq; dudum increuerit per agros
Lætior Ausonios
Pota cruorem,
Quē ferox tandē anguigero sub duce miles hausit,
Cumq; auctum pulchro miremur sidere Cœlum,
Liquerit & solium Quirini
Gentium potens Leo.
Credebat omnes ille curas
Tibi, atq; rerum maximos
Motus uelut patente noras pectore.
Quid ni? quando fidem expertus ahencam
Ante laudauit Iulius, & seueris
Versans ille laboribus
Formarat docilem, subire posses
Tanta rerum pondera,
Non secus ac patrui pietas solet.
Natura prodesset nil, parumue
Sed uim latentem proferas
Quali magistro, euadat in talem puer,
O fœlix igitur tu Iuuenum, tuus

Si Leo terras habitet ſuumq;
Romam ille Imperijs regat,
Legesq́;, & ſua iura ponat orbi,
Non tamen ſolum attigit
Te dolor, omne pium queritur genus.
E *heu ſe ſtygio extulit amne*
Cohors malorum fine carentium,
Bonaq; omnia corripuerunt fugam,
Miſeri quæ modo cognoſcimus, eheu
Fallunt nos bona dum ſunt,
Elapſa produnt ſe illico, arguuntq;
Stultitias hominum &
Frigida corda.
Dum Leo Tarpeia ſceptra incolumis teneret,
Vidimus expulſos hoſtes, felicia cuncta,
Vsq; adeo erubuit Leonem
Rex Olympicæ domus.
A *t mox laborum influxit agmen,*
Clauſtroq́; laxatis ruunt
Morbi, Deorumq́; omnis ingruit timor.
Nec maiore alibi ſtrage neceßitas
Iſta bacchatur, grauior'ue ſurgit,
Quam Romæ, ſuperet modo
Si Romæ quid, mane nomen ultra,
Nec penates troicum
Numen & hæc profugi ſola uerterint,
H *eu tu loca hæc uates, Deoq́;*
Cedas, amat Deus pios,
Sed ni audiant, exemplaq́; attendant, & hos
Ignauo pariter cum populo metit,



Collis ille Ethruriæ ocellus altæ
Formoso excipiat sinu,
Namq; olim mihi sæpe tu solebas
Hunc super dulci mero
Præcipuis dare laudibus angulum,
O lim uiuax fama sequentes
Dicet per annos, hic iuuenum fuit
Decus, hic studiorum fuit unicum
Specimen, dum fugeret tristia fata;
Horret pectus amore.
Iam iam propinquam te uidere ad Helsam
Mente noua uideor.
An mea læti
Vota respectant superi, Iam mihi Bacche Gnosum
Linque tuam, huc super Icarios allabere fluctus
Delie, sospite nil patrono
Dij beatius ferant.

AD OLIVETVM VILLAM LAVRENTII PVCCII CARD. SANCTORVM QVATVOR.



Dii Collium, & Pallas te Oliuetũ tua
Omnes diligat annos,
Læta etenim gremio excipis obuio
Nos Vrbium actos Principe
Roma cedere, finibusq; amatis,
Quãdo inane sonãs arcus Apollinis,
Sæuit, & atra lues
Contigit omnia penè tecta;

H uc ergo uenimus tuum sequuti Herum
Per discrimina multa,
Cum populus fugeremur ab omnibus
Contagium ceu pestilens,
Nec uictu reuocare nec sopore
Tellus solicitos ulla animos daret,
Quin etiam horrida nox
Per nemora & loca senta euntes
D ispicit ignaros uiarum;
O quamdiu te sulphurina sylua
Mente tenebo,
Quandiu tristis memorem subibit
Casus & dolor nouus.
Cum ego meusq; Nerlius sequentem
Pone amisimus optimum,
Bombasium unanimumq; sodalem.
O quæ querelæ, o qui gemitus dati.
L ucerna, communiq; lectus conscij,
Nam nos ardua tandem
Flora receperat hospes & oppidum
Reges auitum Bossius,
Vnum hoc auxilium fuit laborum,
Ni nos Bombasii cura remordeat,
Qui tamen incolumis
Affuit exoriente Phœbo.
T unc soluimus tristi tumultu pectora,
Tunc per celsa ferebat
Templa Iouis uacuumq; per æthera
Non usitatum gaudium,
At prius mala sæua finxeramus,

Eheu corripuit dente uorax lupus,
Aut iugulo incubuit
Exuuijs latro ouans cruentis.
Quondam & reuoluentes salebras,
Durisq; rupes cautibus tremendas,
Vnde profundus
Lapsus & mortem omnia comminantur.
Heu quis ista uiderit,
Suæ modo potens sit ille mentis,
Sicco lumine ferreus?
Pectore & hæc mœsto repetentes
Et hinc nefandus perculerat timor.
Non ponit unquam mente Iupiter bonos,
Testaturq; periclis
Quos amat. ergo sub arbore lassulum
Notat sagax quærentium
Cura, non secus ac Canes Lacoenas
Vis innata & amor predæ inhians regit,
Interea & reliqui
Casum animo tulerant acerbo,
Nemo tamen Laurentio magis duce,
Quo propensior alter
Non fuit inq; Deum, inq; hominum genus:
Cui si latens uis acrior,
Si mens lena patrum minus fuisset,
Antiquum obtulerant Imperium Remi,
Aegraq; nunc lacrymis
Roma uacet, miseroq; luctu.
O Roma qualis nunc es, o quam
Mutata: sed quid Nenias Thalia

Ingrediuntur nunc,
Nunc choris & lætitiæ uacandum.
Pan loci potens iubet,
Id Helsa Naiadum decora, qua cum
Se oblectat modo per Nemus
Palladium correptus amore,
Modo prope amnis murmura limpidi.

IN OBITVM M. AN. COL.



E flemus almo Marce cassum lumine,
Et nostra damna flemus occasu tuo
Non quandiu sospes fuisti tu, fuit,
Quacunq; belli surgeret furor, metus
Consulta siue poscerent socij duces,
Seu tempus esset arma cingi fulgida,
Et plurimas miscere leti Imagines,
Cum funebrem pulsæ cient sonum tubæ.
Testantur Ethruscorum amæna collium,
Notasq; Veronæ domos interfluens
Sacro Athesis amne, quem tegebas cognita
Non ante ui, non usitatis artibus,
Neptuniæ quando obsiderent Venetiæ,
Totoq; militum incubarent robore.
Ah nunc tuis dum gratiam persolueres
Gallis, Ducem acri Sfortiam bello petens,
Direxit ictum ferreæ Mauors pilæ,
Ceu fulmen atris emicat de nubibus,
Genti an quod inuisæ doleret additum,
An quod doleret esse Dijs parem uirum,

Ortumq; Tydeo timeret alterum,
Cum te eminentem cæteros omnes super,
Humerosq; latos, cum Leonis lumina,
Et cerneret non imparatum, aut uincere
Quo quo irruisses, aut perire fortiter,
Vtrumq; magnis editos auis decet
Virtute iuxta uiuere & mori auspice.
Ergo iaces, ita æmulo iussum est Deo,
Sed non iacet nomen tuum fama inclitum,
Pro qua genus Columnidarum ducitis
Nihil graue: at nos Ciuitas omnis tamen,
Atq; Itali omnes, Gallicæq; omnes male
Tantum dolorem ferre posimus pij,
Eheu pij frustra. Charon omnes rate
Vltra uehendos accipit, nullum citra.

AD PETRVM MELINVM.



Vando Pierides tristior urbs fuit
Quã nũc, quum subitus perculit oĩa
Romani populi pectora nuntius
Implens solicito metu?
Eheu ne tenebris sæua Proserpina
Inuoluat iuuenum precipuũ decus.
Eheu ne generis corruat ultima
Spes, spes corruat ultima,
Melinus generis semper in hospites
Aequi, siue rubris hæc pareret domus
Vittis pileoloq; implicitos sacro,
Seu magnos potius Duces,

R omanum est, rigidas tollere fraxinos,
Et ferro egregiam quærere gloriam,
Marte ut bistonio progenitos decet,
Ater quem galea cruor
P ercussa exiliens, & cerebrum iuuat
Disiectum intrepidi uulnere militis,
Qualem olim Marium pertimuit ferox
Rex, & cuncta Neapolis:
C uius tu Marij sanguis eras Petre,
Nanq; illum populus non modo bellicis
Acrem rebus, at & iustitia grauem
Nuper Carmine lugubri
F leuit, nec dum etiam lumina lachrymis
Sunt absterfa, recens est adeo dolor,
Quem duro nimium tu cumulo auxeras:
Eheu pectus inhorruit,
D ij tantum scelus auertite, neue sit
Mens diro superum obnoxia crimini.
Sed flenti melius reddite coniugi
Et matris genibus piæ,
C ui pars uix superest tertia nominis
Huius, Lapsam agedum restituat domum
Petrus, neu patriam prolis inops bonæ
Tanto sanguine pauperet.
S ed nobis alij se se Hieronymi,
Se se Celsi alij nomina proferant
Non ignota, tener ludat in area
Imprimis Marius puer.



Os tandem uideo diu cupitum
Veij, quos memorant uiris
Olim Martigenis horrida prælia
Ausos conserere, & lato dare plu=
rima campo
Sææ corpora morti.
Sed uobis fuit hæc priore in æuo
Laus, nunc percutiunt meum
Pectus causæ aliæ. quæ magis atinent,
Gratum Diuitio arridetis, quo mihi in uno
Vita est sospite sospes.
Quam dulce magnis à uiris
Iisdem est amari de studijs, Lyra
Suauiore tamen præterit Angelus,
Nam ducit agmen ille, quicquid aggredi
Ausus est, amplo & tenui peræque
Comis amico.
Non turget; fora non superbus ore
Incessuq; perambulat.
Sed laudem tribuit cuiq; suam bonus.
Nec se ut miremur, sed Dis auctoribus omnia
Vult accepta referri.
Quin & si patrui efferas galerium,
Surdis audiat auribus,
Narrariq; hominis postulet inclytum
Ingenium, quo se æthereis permiscuit atris,
Fortunæ illud enim dat.
Virtutis esse hoc autumat,

Quæ sola ueri nomen habet boni,
Proinde quod decet hunc quiſquis amat ſimul
Et uos amet, lubenter hac uos gratia
Viſoq; & ſaluum uolo utrumq; leni hoc
Carmine ſexum.

BAL. CASTALIONI.



Vid ceſſas? agedum cingere Cypria
Myrto et tu nitidas Caſtalio comas,
Et paulum abijce magnas
Curas rege ſuper tuo.
Non ſemp madidis Iupiter imbribus
Terras, & trifidis fulminibus petit,
Nec lux permanet alma,
Sed noctis uice pellitur.
S i Mellina nihil te domus afficit,
Et fontes poſitis ordine Medicis
Pomis, & ſpeculæ, omnem,
Vnde urbem licet æſtimes:
A t Tyrrhena breui fronte, oculis nigris,
Nigro crine, parat quæ tibi dulcia
Doctis carmina chordis,
Et uocis liquidæ ſonos,
T angat. te cyathis en uocat Angelus
Ter ternis, iuuenum nobilium decus.
Non contemnere Muſas
Te uatem decet impares,
V ates incolumis maxime ſæculi
Te nefas ante alios ducere liberum;
Ingenti Ennius ore

Dicturus graue prœlium,
V ictos & populos imbuerat prius
Se uiuo. duplicem potus Vlyſſeum, et
Troia funera Homerus
Diuinis cecinit modis.

XANTHO.



Vid Xante Roma cõuenit Theonio,
Cui nulla uirtus ingenij?
Ad uerba quãuis ille doctorũ uirũ
De litteris loqui audeat,
C eu garrit alites Iouis coruus ui=
Excelſa tentantes ſola; (dens
Quæ ſpes miſellum illuc ut iret impulit
Omni oblitum turpi nota?
N unc regnat optimus Leo, qui quod tenet
Virtute ſceptra, odit malos.
A n conditorem Vrbis quòd enixa eſt ſacra
Veſtæ Sacerdos Ilia,
P utat fore, ut natalium coniunctio
Gradus ad altos euehat?
T heoni aberras: quanquam eoſdem Romulo
Ortus habes, pater facit
D iſcrimen. Ille maximo belli Deo eſt,
Tu nauita ſtulto ſatus.

IN DIEM


C OSMI *lux rediit sacra,*
Quā festam populi semp habebimus:
Hæc, quando proauum Ioui
Nostro, & Mediceis Principibus refert,
Qui magnis Patriæ pater
Quesito meritis nomine dictus est.
I *lle urbi mala liberæ*
Auro, Consilijs, pectore depulit.
I *llum facta refectaq;*
Priuatis memorant templa pecunijs,
Quæ Florentia Ethruriæ
Flos claris solita est in decus aduenis
O *stentare, magis neq;*
Di laudant alium, nec sua patria,
Quàm Cosmum, unde suus Leo
Romæ est, quem titulis, & noua imagine
T *estatur Capitolium*
Patrem: hoc hoc cecidit sæua licentia
I *nfandumq; iacet scelus.*
Nunc tuti, gladijs lege coercitis,
I *n luce, in tenebris sumus:*
Quod nunquam fieri posse putauimus,
I *n tantum mala creuerat*
Consuetudo. rei est quisq; potens suæ.
R *egnat iustitia, & fides:*
Dura non inopes esuriunt famæ.
L *audi præmia sunt suæ;*

Quamuis sacrilego Rex Ferus agmine
I *n nostra irruat otia,*
Et tentare Deos audeat Italos,
P *œnas Galle dabis, memor*
Culparum, uidet hæc Iupiter; hæc uidet.
D *isces quid Leo Maximus,*
Quid poßit dominæ proxima Iulius
T *utela Italiæ, & potens*
Examen Iuuenum: sed melius bona
T *e missum faciam die,*
Ne inuiso maculem gaudia nomine:
P *erfundi liquido iuuat,*
Nardo, & fronde caput nectere myrtea.
T *er pandet Cithara modos,*
Vos gratis alij promite uocibus.
P *hryne docta leues choros*
Quid lenta es facili pellere humum pede?
Quin græcam celer amphoram,
Quin & uina moues Lydie maßica?
N *os altum ætheris arbitrum*
Orantes prius, hæc ut redeat dies
S *emper pulchra mage & mage,*
Inter lætitiam, & dulcia pocula
D *icamus Leo te omnium*
Quot sunt, quotq; fuere optime Principum,
E *t Cosmum, & reliquum genus*
Natalesq; hilari carmine fesulus.



Vid audio? qui Nuntij? eheu Posthumus
Obit Poeta maximus.
Acutus idẽ, et promptus enthymemata
Torquere non uulgaria.
Nam siue motus postulasses eloqui,
Natura quos parens facit,
S eu progredi ad Deos magis, nec differat
Quis acrius, nec uerius,
T estis meorum Roma dictorum, & Leo
Augustus, attenta bibens
A ure, illa quum lepore mellitissimo
Condita uerba promeret.
E heu fugit mortalium quis inuidæ
Furuam Proserpinæ domum?
E heu redire cui datur, quisquis semel
Transnarit inferos lacus?
V rgemus hunc nos fletibus tamen pijs.
Frustraq; amici puluerem
A ffamur ingratum. Sed optime Hercules
Communis iste uos magis
T angit dolor, uos præter omnes insulis
Sacrabat ille ditibus,
S i pace tu quid feceras, bello tui
Fratres tot agminum duces.
Quis dicet aerem Martijs tumultibus
Guidum gerentem pectore
N unc bella forti, & comprimentem Barbaras
Nostro cateruas milite?

F ruges terra licet si celis, & genus
Diuum, & pennipedes iactet Olympio
In certamine equos, unde uirentibus
In tactæ folijs Deæ,
A ltum uineta caput, lætitiam, & uagos
Per longum fremitus audijt æthera,
Ornaruntq; lyræ laudibus hospitæ,
Ornaruntq; domestici.
V ates, blanda uiris, quum dapibus super
Plectro diuiderent carmina dorico,
Hæc suprema homines gloria lucidas
Euexit superum ad domos.
H ac uictor meruit, degeret ut sequens
Aeuum lene oculis altior inuidis.
Addam ne illa sacro mira celebrium
Vatum cognita carmine?
N empe ut multiplici laude superbiat,
Non parui tamen hunc fecerat insula,
Sed quin te à reliqua Trinacria eximo,
Panorme, o decus Vrbium:
Quas Tethys uitreo præluit æquore,
Aut terra in spatijs suspicit intimis.
Gibertus gremio uagijt in tuo,
Primum, sed patre non tuo;
N am Francus Genua uenerat inclyta
Forti remigio, siue opus est equis,
Ni uirtutem odio plebs leuis in sua
Vertat pectora mutuo.
A t Cyllenus hanc sic quoq; diligit,
Prognatusq; Rhea, quem superi tremunt,

Nodis horrida ubi uincula ferreis,
Aut intentat atrox uaga
L ate præcipitis Flumina Tenari,
Vnde Orci nigra se Regia subijcit,
Quantum infra uacuum decubat æthera,
Quare immensa ligusticis
H uc rerum aduehitur copia fluentibus,
Seu nauta occiduis remiget à plagis,
Seu leuum ratibus ueliuolis mare
Proscindat, liquidum diu
G iberte & genitor fecit iter tuus,
Dicebat, siquidem nulla uetat mori
Lex fatorum homines. quid patrio in lare
Cessem, inglorius ut graue
P rocurem senium ignauiaq; tempora?
Tandem, emensus ubi est tot pelagi freta
Panormo inquit erit nulla beatior
Terra: illic igitur fuit,
D onec te his puerum finibus appulit
Atq; auxit ueteris diuitias aui.
Mores ille hominum uidit, & oppida
Multorum prius, at suis
N unc rebus sapiens, & patria & domo
Antiqua fruitur, lassus & æquorum
Vastorum, & ualidæ militiæ bona
Sub magni alite Iulij.
A n non solicitis rebus inest modus?
Non illi puto mens integra, quem labor
Vrget perpetuus si ualeat iugum
Collo demere libero.

Quem non dos nitidi littoris incitet?
Villa Vrbem propius despitias tuam
Vnde, & latiflui per strepitum salis
Puppes currere feruidas?
H uc & pomiferis mensibus inferunt
Se se uirginei Nereidum chori,
Et longum maneant, ni trepidæ salax
Formident Satyros genus.
H ic nunc ille coma sub uiridi arborum,
Nunc & garrulæ ubi desiliunt aquæ,
Saxo, æstus rapidos frigore amabili
Solans te interea uocat,
T e absentem patruis quærit amor senis,
At desiderij temperat impetus,
Mox, quum te reputat iam melior parens,
Laudatq; in dominos fidem,
T e magnus Leo, cui rector Olympicus
Caros Imperium detulit in greges,
Te tanti facit ut participem sui
Arcani uelit intimi,
A tq; altis opibus semper adaugeat,
Quæ solæ ut misero nil homini ferant,
Nil uirtute tamen non faciunt duce.
In te plurima quæ nitet,
Quanquam immitis adhuc, sed tamen ut senes
Maturi stupeant: nam tibi contigit
Ante annos, alijs quod dare cœlites
Raro ætate graui solent.
Quid mirum? egregiam nutrijt indolem
Iulus: Qui uereor, ne sub imagine

Nostra, Cœli aliquem dißimulet Deum.
Certe supra hominem sapit.
V *is patrum est pueris insita: sed nisi*
Præcepta, & monitus rite colant boni,
Spem mentita obeunt semina, nec dabit
Fruges ingenium ferax.
H *inc te ornat pietas, hinc tribui suum*
Vis cuiq;, & miseros officijs iuuas
Aequis, hinc animo largus es & manu
Siquid deesse probis uides.
Q*uid conor tenui singula carmine?*
In te uno ueteres nostra refert uiros,
Aetas, te populus prosequitur memor
Votóq;, ominéq;, & prece,
O *uirtuti utinam maximæ honos suus*
Accedat. dubitem. iam uideo ut paret
Digna istis meritis premia, qui regit
Te felix Deus *& tua.*
Q*uòd si idem mihi det, te acrius ut canam,*
Insuetas adeam sidera per uias,
Coruorumq; cohors rauca uoracium
Rostro obgarriat irrito.

HENRICO OCTAVO.



Oniunx regia quid suis precetur
Natis, quum placido sinu
Complexa fari nescios
Affatur? uocat crediderim nihil
Maius quàm sapiant, linguaq; in=
terprete possunt,

Docta exponere sensa.

H *anc nulli mage, quàm tibi dederunt*
Laudem Di *superi. o genus*
Henrice diuum, qui regis
Natalem patrijs artibus In*sulam,*
Præclaris illam ingenijs, & diuite notam
Merce & fortibus armis.

T e Duce *nam, nam didicere* Galli
Quid bellicis posset Britannus
Miles in rebus, ualidoq; Marte
Tunc, quum coacti turpia uertere
Terga; citis & credere plantis
Omnem salutem, supplices quibuslibet

P *acem conditionibus petebant.*
Non fulgens deerat tibi
Thesaurus. uide se probat
Virtus esse aliquid, magnamq; pectore
Concepta exequitur, sacris quæ tradita chartis
Aetas postera narret.

S *ed non ista meum incitant peræque*
Pectus, grandia sint licet:
Magis mouemur dotibus
Illis, quas animæ pars melior sibi
Vindicat, atq; illinc fœlixq; beataq; uero
Dici nomine gaudet.

M *axima sæpe quidem secundus*
De te attulit rumor, sed illa
Audiebantur, modo certiore
Sensu Latini *percipimus tuam*
Vim mentis, postquam accidit illud

Videre nobis acre lumen ingeni,
Quo perstricta acies fuit Lutheri
Monstri, ut non aliter notha
Proles uolucrum Principis
Ad Phœbeum oculos deijciat iubar
Tantorum impatiens radiorum, & lucis acutæ.
Nondum corpora tellus
Minantum edere destitit Gigantum,
Qui perrumpere Aheneas
Stulti deorum instent domos,
Vt regnum æthereæ posideant plagæ:
At diuum uictrix gens hactenus igne caduco
Vulgus contudit audax.
Illa prior ualidis lacertis
Freta est iuuentus, thessalisq;
Molibus, nunc est alia gerendum
Bellum uia, inquit sidereus pater,
Nunc alijs nos terra lacessit
Missis, queat si de iugis Olympicis
Nos extrudere: uicta sed iacebit,
Cum partu (ut solet) impio.
Inulta mouerit scelus?
Frustra rex hominum glorier & Deum?
Pestifero audistis quæ nunc uomat ore Lutherus?
Qui nil non sibi fingit.
Sunt nunquam mala non sequuta, quisquis
Lingua precipiti fluat
Verbis Iouem improbis petens.
Vix magnis dederat talia uocibus,
Ex templo tibi quum partes demandat honestas,

Nanq; ut regibus orti
Eloquio sapientiaq;
Nos anteuertatis iubentum
Lege Fatorum: tamen ipse longo
Præteruolas discrimine cæteros
Regum apices, ut iam mihi non sis
Mortalis, atq; etiam putem cœli incolam.
Verum quisquis es aut homo, aut figura
Si falsa hic iuuenem refers,
Atlantis impiger nepos,
Telis illa tuis bellua concidit,
Quæ nuper centum linguis munita fremebat,
Infelix minus uno hoc
Quod uirtute tua perisse pulchrum est.
Vnam Siciliam prius,
Nunc & Britanniam canunt
Obstratos merita terrigenas nece,
Tuq; tuis iterum monstris iniecta dolorem
Tellus concipis altum.
Sed fidibus referet canoris
De more quis uates triumphum?
Non ego ausim, non alius'ue nostri
Vir seculi, qui mente sit integra,
Si tamen est qui dicere posit,
Idem Lutherum qui dedit leto, potest.



DE VENERE ET CVPIDINE FVGITIVO.

CVi tantas Cithereа proflat iras?
Quid querit sibi? mænas it furore
Velut concita bacchico, minatur
Dextera crepidum, altera flagellum.

Natum querit ais, puellulum ipse
Vidi flammigero oro nescientem
Loco stare: uolat citus. pauet nil,
Dulcibus lachrymis madet, cachinnat
Sima nare, loqui usq́; quaq; certat.
Est nudus, gerit & facem & sagittam.
Nunquid is Citherea longe aberras
Te tuum fugitiuum ego docebo.
Non audis Citherea? te te retro
Verte. udi ego. sensi ego, liquesco
Ego, hæc per loca uade. Teuthouillam
Post fanum Sophiæ sacrum require,
Erronem inuenies modo, e papillis
Modo e luminibus puellulæ, immo
E tota iacere & facem & sagittam.

AD PVELLAM.


Vri Chilo meus puella secum
Vt sum per biduum, rogare nunq̃,
Nunq̃ instare sodalis ille carus
Cessat, tu ne probas, iter capessam?
An diuersa magis iubes? uoluntas
Mea ex Imperio tuo mouetur,
Heres, nec color idem in ore, uultus
Non idem manet. ah mei lepores,
Meæ delitiæ, mea ah uoluptas
Quid irascere? nunquid ipse quicq̃
Te nolente uolo? meus ualebit
Chilo, te potior mihi nec ille est:
At tu iam mea Teuthouilla pone,

Pone iram obsecro. quid tuere toruum
Susq́; deq; caput mouens labellis
Compreßis? agedum quid ægra es? ede.
Ah ne talia dic. te amo, te amare
Nec piget. iugulas inauguratis
His uerbis, tace, ah tace labellum
Meum. iniusta dolet nimis querela.
Quod si quicq̃ animo meo putaram
Tale, nunc miser oppido ante Cyprin
Hanc cadam. exanimor miser, sed audi.
Non abs te ueniam petebam eundi?
Non das, accipio lubens, placere
Quod tibi uideoq;, sentioq;.
Amabo mea cara Teuthonilla
Exorem sine te, sine osculum dem
Prensis auriculis, salus mea es, mel
Meum es. Chilo uale, tenet puella
Vlnis me mea, cruribusq; uinctum,
Vt nec Laurum hederæ tuam peræque.

DE IVLIO MED. AEGROTANTE.



Exator laterum dolor
Quid tentas Latij præsidiũ alterũ?
An quo peßime cæteros,
Hoc & nobilẽ habes ordine Iulum?
Illo sospite sospes est:
Si contra acciderit, non ualeat Leo.
Quam consuluit bene

Rebus falciferi progenies senis.
Quæ nostram hanc uoluit ratem
Fundari geminis firmius anchoris,
In magnis licet altera
Longe immobilior fluctibus hereat,
Sed multi facias decet,
In partem solidum siquis onus iuuet.
DI pro munere maximo,
Nobis incolumem reddite Iulium.
Et seruate diu donum;
Cosmi, quo pietas uindice claruit.
Vnum hoc: præterea nihil
Orant solicita uos populi prece.

AD PORTIAM SCORTVM ROME NOBILE.



Erno Portia mollior roseto,
Aurei bene quam decent amictus,
Vix & cui Tyros ipsa sat laboret,
Collatum uiden ut tibi huc et illuc
Flamma cursitet actus impotēte?
Natus regibus ille Taruisinis
Arua uomere multo auita findit.
O tot te dominam uolet bonorum,
Quin & nobilibus uacat poetis,
Qui simul tibi concinent trecenti.
Est gratus domino Deoq; nostro,
Vt non quisquam alius probetur æque.
Quid hæc commoda despuis? quid audes

Illi te iuueni male inuidere?
Quanuis mille proci obterant frequentes
Firmam liminis ærei tabellam,
Collaltum, sapias, amabis, unum
Collaltum placido sinu fouebis.
Non potest alia miser calere
Heu tuis nimium incubans ocellis,
Heu tuo nimium ebrius lepore.
Nos te Portia dicimus, per ora
Olim Laida distulit Corinthus.
Quòd in delicijs abusa tantis
Proscripses Veneremq; gratiasq;,
Aurum quilibet ut dare est paratus,
Non uanos metuam italis labores,
Qualeis dia Helene suis Achiuis
Commouit phrygium thorum secuta.

LEONI DECIMO.



Vi sumpsi Citharam in manus?
Dircæis potius quem referam modis?
Certe non alius meum,
Curis æque animum dulcibus occupat,
Atq; is, qui pater urbium
Non falso a populis nomine dicitur,
Qui Romam Imperio tenet
Aequo, præesse pijs quem uoluit Deus.
P rudens gentibus, eia age
Magnum Pierides dicite Cosmiden.
N am uestra ille opera puer

Creuit suauiloquæ flumen ad Arnidos,
C um uos nobilis in sui
Visendi studium mouit Hetruria:
Quæ multis alias bonis
Semper nota, tamen tunc mage claruit,
Quòd Laurens Medices pater
Nostri Regis, in hoc lumine dum foret,
T antam prætulerat facem:
Illo non alius nec sapientior,
N ec fari potior fuit.
Is supremo etiam quòd bonus, & pius
E sset, gratus erat Ioui,
Quin & diues opum, nec timidus frui.
N on ulli deerat probo,
Post laudem egregie diuitias habens.
H is ille artibus aureis,
Ditabat ueterem patriam honoribus:
T unc Florentia floridis
Virtutum rutilans laudibus omnium,
Quem non misit in angulum
Mundi extenta suæ lumina gloriæ?
A t non uita homini data est
Olim exors gelidi funeris, & mala.
E xpulsis redeunt bonis.
Alternas ueniens tempus agit uices.
I nfanda ecce tibi dies,
Cum uertit rabidus fraude mala furor
M œstis gaudia luctibus,
Nataliq; manus inijcit impias
V rbi turba, Deum ebria

Donis,

Donis, nec sua iam tot bona concoquens.
H uc illuc igitur nimis
Aduersa immeritam fata trahunt domum,
Quos tandem, licet antea
Passos multa, tamen rettulit in iubar
O ptatum pietas memor.
Quas ædes superis, quæ sacra fecerant,
H ostem ultrix scelerum fides
Incertum exilijs perpetuis agit.
Quicquid qualubet audeas,
Ne sperato Deos immemores fore.
A t Laurentiadis sua
Cornu fudit opes copia plurimo,
Quisq; ipsis Genius fauet.
Et si indigna suos duraq; perpeti
L euo in tempore siuerit,
Magnis Di, cumulis damna resarcijt.
D ecedunt pede fertuido
Clades sæuæ animis, cum tribuit Deus.
N obis lætitiam æquior,
Maioriq; cadunt uicta bono mala.
N ondum iungere dexteras,
Nondum finierant diuidere oscula,
C um Rex Aetheriæ domus,
Cui curæ soboles Romula maxime,
S ceptrum diue Leo tibi
Acceptum penitus detulit in gregem,
T ot uirtutibus ut tuis,
Se se Roma iterum tolleret, & decus
P riscum agnosceret inclyta,

Vt secura bonum degeret ocium.
A *ugusti alite Cæsaris,*
Vt sanctis regeres consilijs pios,
E *t Turcam quateres metu*
Nunc, bellis alio tempore perderes.
F *elix Aeneadum genus,*
Felices reliqui, quos regis ac foues.
E *t Florentia ter quater*
Felix, dijs hominis quæ generat pares.
E *heu quid laniat genas?*
Quid uelat folijs omnia tristibus?
E *heu Di statuunt nihil*
Tam faustum, ut penitus quicquid adest probes.
Quo dux, quo iuuenum optime,
Quo uere Medicis orte parentibus?
Quo Laurens raperis nepos?
Tecum spes Itali Martis obit noua,
V *erum ut Ciuis, ut aduena*
Hunc desiderijs lugeat anxijs.
N *on te diue Leo tamen*
Mutat plus nimio dura necessitas,
S *ic cum Magdalios pudor,*
Sic cum deseruit te soror altera,
S *ic cum iunior occidit*
Frater, dos animi quem tibi iunxerat,
Quamuis sanguinis arctius,
Nam uirtutum apices legerat omnium;
Quo te cunq; petit modo
Fors, tectum clipeis pectus aheneis.
O *ffers strenuus undiq;*

Aduersisq; adeo fortior ictibus.
T *um nouit sapiens probe,*
Quæ uulgus maneant uincula noxium,
Quæ pœnæ, simul horridum
Verbum tartarei iudicis audijt:
Quæ rursus loca debita his,
Qui uitam ingenuis moribus egerint.
I *llic perpetuus dies,*
Nec perturbat hiems gaudia tristior,
A *ut uersa uice Sirius,*
Non remis tumidum uertere opus mare,
V *t fias opulentior.*
Nec glebam rigido uomere findere
C *ogunt irrita commoda.*
Illic Oceano patre Fauonij
S *pirant non sine flumine*
Manante auricomis lene sub arbutis.
V *ltra deniq; nil cupit,*
Esse in diuitibus cui licet insulis.
Quas Saturnus habet Rheæ
Coniux, uester ubi Cosmus, ubi duo
P *etri, & non piger emori*
Antiquum patruus Iulius ob larē.
C *ui sub funera hic editus*
Diuum in lumen habens nomen idem patri.
C *arus tanq; oculi tibi,*
Quòd comi ingenio preditus, & graui.
Quòd prudens alios supra
Te tam magni oneris dimidio leuat.
Quòd doctos colit hospites

Quod toto miseros excipiens sinu,
Et plantis tumidos premens,
Sublimis uacuum contigit æthera.
S ed quid prouehor impotens?
E clauo melius barbite pendeas.
E t puluis numerum fugit.
Nec digne Medicum tu resones genus.
S it tentasse aliquid tamen:
Non quisquis spatijs sudat Olympicis,
V eloces agitans equos,
Pulchris iuncta refert tempora frondibus.


IN ROSAS, QVARVM SPINIS PVELLA FVERAT CONTACTA.



T uobis mala multa Di, Deæq;
Dent custodia inutilis rosarum
Spinæ, quas digitum meæ puellæ
Iuuit cuspide perculisse dura.
Quæ fiducia, quæ ue causa uobis
Iniecitq; animos, scelusq; mouit?
Nam si incedit amœna Fancioli
Per uireta & amabiles per ortos
Hinc legens teneras rosas & inde,
Nulla iniuria facta: nulla uobis
Vis allata, malæ impiæq; spinæ.
Non uos, sed dominus uirentis agri
Est Marcus meus. ille quando uestrum
Factum intelliget, haud feret sereno
Vultu, nec sine maxima ultione.

Audetis iuuenum, an putatis esse.
Pulchrum ledere sic bonas puellas?
Scelectæ ordine uos habetis omnes
Vno, uos etiam pedem Aphrodites
Diuinum Veneris, sed una pœna
Vlciscetur & hoc, & illud olim
Scilicet cute sauciata summa est,
Vt persæpe alias solebat, unde
Vix prurit nota uulneris pusilli.
At sensit digito puella læso,
Altum corde metum, manum & nitentem
Fudit purpureo liquore sanguis,
Vnde expalluit illicet relabens.
Ah nisi comites, sinu fideli
Tulissent misera rediuem in herba
Aspersuq; animam leui uocassent
Retro, nunc eat inferas per oras,
Nullis unde datum est pedem referre.
Quando uos aliquid pudebit? ite
Ite opprobria summa Fancioli:

IN PETRI MELINI VILLAM, VBI ILLE POETAS DE MORE FAMILIAE COENA EXCEPERAT.



Vis o reuincti tempora
Semper uiridis hederæ frondibus,
Quis neget, o pia uates
Turba hic esse Deas Aonis incolas
Rupis, illas quādo trahit uoluptas
Amœnior, quàm patrium ferat nemus?

Miramur, uolucrūm genus
Phœbi sub ortum suauibus æthera
Permulcere sonis & hic & illic
Ludens odoratam per umbram,
Quam silua nectat curia;
Silua ægræ monumentum Veneris:
Nanq; ubi sensit ademptum
Formosum illa suum: sensit ubi oscula
Cara iam surrepta, furebat, omnem
Saltum peragrans, & procacibus uotis
Incertum properans iter,
Dabat solutæ ludibrium comæ,
Nullus non locus audijt querelas
Nullæ Napeæ non Adonin
Fleuere, nullæ non Orcades
Cum frigidos amplecteretur artus,
Et simul rumpens sinum
Et simul comam Venus,
Miseras iactaret uoces
Os ori miscens, & amatis
Figens oscula ocellis,
Esse deam quoq; pœnituit
Mortis appetentem, Olympi
Oblitam astriferi & Deorum, & optimi
Patris, ut assyrio
Non procul a marito
Vel medijs foret in tenebris,
At tandem ubi longum est feri
Conquesta immane suis fulmen,
Nec reuocare dabatur.



Nostri ad regna Iouis lucida, quem semel
Abluisset pigra Acherontis *Vnda,*
Solis resedit fessa rupibus Dea
Aut Cipri, aut Erycis sacri,
Qua terra nullam erexerat arborem
Saxi prodiga, inutilisq; plantæ
Vnde in freta est despectus ingens.
Quæ tunc fuit mens Cypridos?
Non decesst prius illinc, quam
Vertice sensit ab alto
Mœrentem genitor. non etenim tulit
Ille eam natæ speciem, paternus
Facile est amor: iamq; aduolat iussu Iouis
Somnus, iamq; papauere
Deuicta pigro lumina comprimit.
Pendens læua caput manus subibat
Instar reflexo arcus lacerto.
Tranquilla uix dum texerat quies
Lassos ocellos, cum statim Dione
Arborem uidit nouam
Florido in cacumine
Mala aurea suspendentem,
Illa umbras etiam, patulumq;
Ramis spargere tegmen
Visa, Superciliumq; loci
Omne, subditumq; marmor
Obscurare nigris comarum odoribus.
Ceruleo niueum
Colligere ungue florem
Nereides temere affluebant.

Vbiq; fluctu in proximo
Ludi. freta enim nullus thraces
Incola uentus habebat,
Qui purum calices ferre per aera
Posset, e ramis iacerent iocosi
Lasciuiente dum Cupidines manu:
Quin & se Cithereia
Gaudere pomo sensit Adonio
Non saxis super, at iacentem in herba,
Molisq; læto prati honore,
Nec uana somnium Deæ
Figmenta tulit miseram eludens,
Vera sed omnia nouit
Esse, ut facta sui est, filius ut sopor
Noctis artus ambrosios reliquit,
Sæuum ergo leniit dolorem: reddita
Et membris facies prior,
Quàm luctus externauerat insolens,
Demum purpureis suam lacertis,
Complexa pomum sic locuta est:
Nec rupta quisquam, nec retexere
Fata ipse custos Iupiter Deorum
Vi, prece aut blanda potest:
Non meus tamen meo
Vel mortuus auelletur
De gremio formosus Adonis.
Tu uero graue uulnus,
Pectoris efficies memori,
Delicata per uireta
Notum stipite, amata Citrio mihi.

Nec Damasæa magis
Arbor erit, metallo
Frondeat ipsa licet nitenti.
D *icebat hæc interserens*
Humida medijs oscula uerbis,
Diua potens Amathuntis.
Sed quanquam uarijs subijciat comam
In plagis ordo nemorum beatorum,
An ulla amorem Cypridos sensit magis
Tellus, quam Marij iuga
Late perenni fronde uirentia,
Qui mons plurimus inclytæ quiritum,
Vrbi imminet, totam unde spectes.
I *ndulsit hic quantum sibi*
Natura. locum non infestat
Flatibus Auster iniquis:
Non huc dura hyems frigora, non calor
Peruenit: tantum duo sentiuntur
Hic tempora, & uer floridum, & pomis graues
Autumnus calathos ferens.
Quid uilla multi nescia marmoris;
Villa æuo ueneranda, sumptibusq;
Illustrior regum superbis?
Q *uid prosequor? mi copia est moræ,*
Agrestibus quod accidit uiris, quum
Distinet silua horrida
Nescios quid appetant
Prius, an ne hanc quercum, an ne illam
Inuadant pendente securi,
Præsens undiq; cædes.

Luctus Hamadryadum obijcitur.
Murmur auocat strepentis
Lymphæ, siue cadit patentem in alueum;
Flumine seu tenui
Irriguum per hortum
Labitur & per aprica rura,
C *ernas ubi mollißimo*
Fertilem humum gramine, cernas ubi
Floreq; sera comanti
Narcissum, & folijs Lilia candidis.
Hic Croco pallor uiolæ rubenti
Miscetur, hic Acanthus, hic submittitur
Calthæ copia luteæ,
Decusq; uernæ purpureum rosæ,
Hic & florum alios humus nitores
Aut sponte fert, aut iussa. quos si
O *mnes uelim percurrere,*
Numero idem etiam coner Lybicas
Dicere stultus harenas,
Quot'ue insurgit atrox fluctibus Adria
Scire de portu Veneto laborem.
Huc ruris ergo se uoluptas intulit,
Nec flauæ Tyberinides,
Antiqua fama est, hæc loca non petunt,
Præstantißima quas Neæra ducit
Dilecta præ cunctis Neæra
N *ymphis superbo fluminum patri.*
Eam loci colunt deæ uirentes,
Nec leuis cura est dare,
Antequam recesserit,

Munus & ipsi & socijs, ut
Quæq; datum commendet, ametq;:
Fusæ olim prope riuum hunc
Lene sonantis aquæ, gelida
Sub coma ilicis iacebant
Fultæ molle latus honore floreo,
Cum subito Glycere,
Quin potius Sorores
Floribus his calathos replemus,
S *urgunt. anethus hanc iuuat.*
Hyacinthum proderat legere illa,
Inde aliæ studioso,
Vt gratum est, aliud pollice demetunt,
Quas Neæra inter cubitò expedito
Succincta fluxos gemmeo nodo sinus
Ipsum usq; ad tenerum genu, et
Argenteo circundata lucidum,
Caput crine decenter inuoluto
Fulgebat ante omnes decora.
Qualis regit choros Venus,
Quum liquitur aspera hyems campis
Brutaq; cœpit arari
Iam tellus, Zephyris lene strepentibus:
Virgines illam nitidæ frequenti
Coetu sequuntur, lata per noctem area
Alterno teritur pede,
Buxum ad cauatam, & mygdonios modos:
At Cypris super enitescit omnes,
Matremq; dignoscas amorum.
T *alem ferebat se Neæra per*

Nymphas rosis intenta colligendis:
Nam rosis mirum in modum
Ipsa, Thybris & pater
Candentibus oblectantur.
Huic calathum diuinæ opus artis,
Esset qui monimentum
Perpetuum hospitij, dederat
Dia muneri Camilla,
Quam fontis dominam, lociq; præsidem
Iupiter instituit:
Nube etenim unde suæ
Ipse sinum in Danaes cupitum
Imber pluisset aureus,
Terris influxerat illa Italis.
Dic dea discolor aurum
Dic pictum calathi sertum. ego Cnoßias
Expedire alte nequeo sagittas.
Contingitis uos ardui templa ætheris
Ortæ Thespiades Ioue,
Percußit & uos dulce loci decus,
Et uos ferre leuem huc gradum soletis
Vmbra incitæ blanda & lepore.
Iunonia illum texuit
Soboles Vulcanus, miris domum
Qui superam decorauit
Rebus longe alijs, quàm soleant uiri
Flebiles nati ad tumulos uidere.
Illum ergo Calathum Lemnius fecit pater,
Vt fastidia coniugis
Pulchræ, & superbam corde resolueret

Iram Vxorius: illa læta donis
Reddit suo mentem marito.
T unc Hercules flauum uocans Hylan
Lustrabat asperas uagus salebras
Prorsus amens, iam nihil
Rerum Iasonis memor;
Animo unus Hylas herebat.
Casum igitur pueri Liparæus
Molli effinxit in auro
Intus idem & foris ut legeres
Cuncta, sed mage intus apte.
Primum diuidui Propontis alteram
Partem operis placido
Fluctu agitat. Cianis
Alteram arant populi Iuuencis.
S ed littori curuo intulit
Præstantis remigium Aesonidæ.
Flos Iuuenum proceresq;
Delecti, rigidus Palladiam lapis
Anchoræ ritu cohibet carinam.
Pars semen ignis arida fronde excipit,
Et durus teritur silex:
Tum cruda flammis uiscera molliunt.
Extruunt alij thoros sub umbris,
Dum fessa curent membra uictu.
S equutus Alciden Hylas
Animo & specie formosissimus,
Quem Mideatide natus
Alcmena ægregie instruxerat omnibus
Ipse, queis uirtutibus astra cernit

Pronus aquatile lymphæ :
Nanq; illum cupidis tres manibus Deæ
Impetu uno corripiunt, in undis
Pars concitis demersa translucet supra :
Læuum conspicitur latus.
Clamare uerso ad sidera lumine
Credas illico, pendeasq; uanum
Captans sonum pallenti ab ore.
A *t Malis*, Euniceq; *subtrahunt*,
Firmisq; prænsum amplexibus Nichea,
Quas repente omnes simul
Frigidæ incolas aquæ
Roseus pueri nitor usit.
His tellus uariata figuris
Monte attollitur ipso
Cum calatho. alterius lateris
Finis hic fuit. uagantem
Occultant nemora Herculem, *nigrantibus*
Desuper arboribus.
Præcipitat, Leo *ceu*
Voce furens, hinuli fameq;.
I *n parte diuersa nitet*
Aer, campoq; liquenti obstat,
Aetherias secat auras
Paßim grex auium, dant quibus æquora
Lata uictum, sufficiuntq; prædam.
At fluctu ab ipso squammeum emersit pecus,
Tritones mare personant
Conchis: uolucri præterit impetu
Delphin Halcyonas *fretum iocosa*

Penna legentes. adnatantem
D elphina spectes alterum,
Dorsoq; repando ut puer herens
Gaudeat ire per altum.
Quid, quæ pontus habet, singula persequor
Fando? quum nullo sibi multa quisq;
Dicente poßit tradere? haud fas omnia
Conari, estq; suus pijs
Delectus aris, & Cereri ferunt
Persæ fontis aquam, licet fluento
Voluatur Euphrates propinquo.
A ddam ut breui stet ambitu insula
Illa, abscidit quam littore ira ponti:
Ante enim penninsula
Terraq; una substitit,
Nunc fluctu interluit alto
Neptunus, multoq; natantur
Illic cerula pisce,
Olim ubi sæpe suas uiridem ad
Pastum oues magister egit.
Annis quid nequeunt mouere tempora
Cana uolubilibus?
Mors sua quanque fato
Rem manet, interituq; nata
I n diuum ituris æthera
Cedent genitali, quum diuum
Rex, hominumq; iubebit.
Illic conspicitur caute super nigra
Vir senex, sed cui uireant lacerti.
Toto ille uerrit rete magnum robore.
Turgescunt

Turgescunt etenim hispida
Per colla uenæ, tum ualidus genu
Leuo obnittitur, inq; pectus albo
Impexa rorat barba mento.
Hunc pone uulpes callidum
Reptat meditata dolum, nec prius
Illa recedere secum
Gannit, quàm uacuam pisce minutulo
Fecerit peram, exiguoq; pane:
Nam qui cibos piscator alios compare t?
Algosum interea mare
Illum, & uoluptas sueta adeo tenet
Sola ut retia, cogitetq; solam
Prædam, & carentes uoce thynnos.
Hoc arte factum industriaq; opus
Tanta Dei uoluentibus Camilla
Mensibus donum tulit.
Illi enim dabat Venus
Olim, at munere fruitur nunc
Formoso formosa Neæra.
Sunt & præmia Nymphis
Pulchra alijs, neq; quisquam abijt,
Laude qui sua careret.
Felix uilla tuis bonis: uidere te,
Atq; habitare tuos
Numina amant recessus.
Salue iterumq;, iterumq; Villa:
Salue Poetarum decus,
Tuam enim laurum quis præponere
Segnius, atq; uirentes

Curat fronti hederas? nemo tibi modos
Non canit dulces, Citharam'ue tendit,
Tecumq; sublimus ferit Cœlum domus
Antiquißima Ciuibus.
Amica semper, semper in hospites
Benigna, & miseras iuuare nata
Mortalium sortes labantum,
Quæ fama terris eripit
Homines, luteam Iapeti gentem,
Quisquis inutile uulgas
Temnens, egregios seposuit uiros
Aestimator rerum, hominumq; iustus:
Huic uera munijt sibi uirtus locum,
Vltra quem nequit, aut citra
Tuto esse, prolapso intereat pede.
Quis fiat numeris modus Lyra'ue
Cantare Melinos canora?
Vnde ordiar superbum sanguinem
Vereq; Romanum. licet nitentes
Purpuras mutet nigris
Cæca uestibus Dea,
Imoq; palatia ponat
Aequa solo, & pretiosa ruinis
Condat marmora fœdis;
Non tamen illa animos ualeat,
Martianiq; uim domare,
Summo à principio insitam quiritibus,
E quibus haud modica
Laude laus parata
Viuet in omne relatus æuum.

P *urgauit ille immanibus*
Latium monstris, & uicina
Collibus his loca circum
Pacauit miseris fortiter aduenis
Quos feris natæ effigie leænis
Nostra uorabant belluæ læstrygonum
Mensis: sæuius adde quòd
Vsq; exigebat Rex numerum & neces,
Atq; ut quisq; tulisset ora plura,
Sic quisq; laudum plus habebat.

A *efferi tantam luem*
Populi inuictis perdidit animis
Lecta Sao duce pubes,
Et famosa iacet regis in hospiti,
Aula demersa excidio perenni.
Vix oppidi nomen ruinæ noxia
Seruant ad Cymini uada,
Pulchra hæc uirorum laurea fortium
Quos non sacra uocat fames ad arma
Mercede robustos, & auro,

S *ed patriæ accendunt pericula*
Fati gradum omnem strenuos adire,
Vrbs sit ut sospes sua:
Talis & ferox Marij,
Animus fuit, unde superstes
Fama ad semotos agit indos
Melinum genus, unde
Sole sub occiduo positus
Audijt recentem ouantis
Romæ lætitiam, audijtq; gratias

Dijs habitas superis,
Dumueherent niuales
Arduum equi resonante circo.

O rnata ubi uictorijs
Domus innumeris excæpit ducem
Robur adhuc iuuenili
Spirantem, atq; animos pectore Martios,
Contudit regem quibus, & minaces
Turbas, furentemq; insolens Calabriam
Diuæ, hunc mecum Heliconides
Ornate uestro munere, & integris
Carmen tollite barbitis ad haustus
In ualle Dircæos reducta,

C antate ut Vrbis maximæ
Rex & pater optauit nodo
Hunc sibi habere iugali.
Iunctum, & præcipuas iungere nuptias:
Egregij uirtus iuuenis, uigorq;
Auitus in tantum egerat desiderij,
Nec mente exciderat fatum
Hinc esse, uittis qui tegeret rubris
Caput nobile, quiq; nomen una
Scripsisset Augusto in Senatu.

P lures enim tales, at esse non
Potest, nisi unus quem premant coronæ
Treis sedentem maximi
Sella in aurea Remi,
Populosq; regentem late.
Certe summa insignis uterq;
Rerum laude fugaces

Puluere flexit Olympiaco
Thessalarum equos parentum:
Bis metam & decies uterq; feruido
Effugit axe uolans:
Ancipites uterq;
Iudicijs oculos ad ipsum
A lternat usq; terminum,
Dominatur fortuna in rebus.
Vt tamen illa Cybonem
Respectarit, erat non ideo minor
Ianus, aut iunxit breuior decentes
Oliua crines, aut beatum Achaicæ
Hunc uexere minus rotæ.
Virtus honores ipsa merentibus
Donat, nec sapiens requirit, an stet
Securus, an discedat aura,
P uppis'ue iactetur mari,
Aut flamina ponat aquilones,
His soboles Hymenæis.
Orta, haud indecores his iuuenes uiris
Editi, fœtus peperit Gynebra
Mirata quales Roma, qualibus resurgere
Visa est Roma nepotibus.
Eheu Camœnæ quo rapitis, memor
Luctum mens iterat, dolore soluor
Rursum. truces eheu fuistis
P arcæ nimis, semper truces quidem
Parcæ, sed eheu tunc nimis fuistis
Vos truces, nec tartaris
Prodijsse ab inferis,

Iam immane nefas sperarant
Vestræ ubi sunt sedes; ubi Pluto
Manens territat imas
Ferreus, asq; etiam Eumenidas:
Allicit, manuq; crinum
Tractat uipereum, trilinguis ad fores
Excubat ærisonas
Ianitor ore feruens
Igniuomo, assiduusq; in iras.
His uos profectæ ab impijs
Clotho latebris inuidistis
Aetheriam puero auram,
Quum floreret adhuc eloquij noua
Spes, nec abducto teneras Olympo
Comas minata roborasset leni adhuc
Ramos flamine mobiles:
Heu quos daturus tempore erat breui
Fructus ille, maligna turba parcæ
Voluistis atra frigidum unda,
Quem roscido Ianacrides
Cibo apes quondam, & succo pauerant
Ambrosio, resupinum
Matris composito molliter in thoro,
Vnde iam priscos hominum lepores
Summißiori tolleremus carmine,
Iamq; Arpina minoribus
Vrbs, atq; Athenæ laudibus in suos
Alumnos ruerent, uolentibus Dijs,
Gignit uiros æuum omne magnos.
Ac: ae; bis, ampliusq; dicite

Ae, ae, quirites, fleuit & Leonis
Os sacratum maximi,
Duram ut audijt uicem,
Extinctum ut nuntius aduenit
Esse illum, cui curia paulo
Ante applauserat omnis,
Dum patriæ daret ingenij
Prima munera, ore uoluens
Hybernæ similes aquæ sonos, refert
Quum tepor egelidum
Ver, nec arator urit
Iam siluas hyemi repostas,
E heu boni frustra sumus,
Nec Celsum lingua potens liberat,
Quamlibet optimus urbis.
Custos purpureis cum patribus comam
Fronde uictricem impedijt decora,
Et uoce prosecutus ingenti, Polo
Felicem intulit arduo:
At, nam relictum nil aliud, dabit
Flores, sed redeunt, uere flores
Mater dabit, quot terra promit,
S pirante rorem candidum
Zephyro: ipsius (indignum) matris
Flectere nec pius oras
Cultus, nec ualuit pectoris integre
Candor auditus superis, & unis
Eadem sepulchro frigidis in mensibus
Suaues accumulans Crocos,
Manes uocabit solicitis tuos.

Votis Celse, aderitq; mœstus una
Frater, domus uestræ Columna
V nus superstes, unus anchora
Tantarum opum, qui morte scilicet
Castorem alterna suum
Omnibus studens modis
Redimat, pulchro cariturus
Aprili & ridentibus horis,
Vt splendesceret illo
Tempore frater amabilior.
Cœlitum at sedet Deorum
Custos Iupiter: ille uota concipit.
Raro eadem generi
Nostro, aliudq; magis
Sæpe superciliis mouetur.
E rgo fruemur iugiter
Petro, quam longa trahant stamina
Lanificæ Iouis. illum
Præsentem referet carmine debito
Quisquis ad Musarum operatus aras
Fidit sibi, doctusq; sacram eburneo
Tractat pectine barbitum.
Nam quis sonanteis ingenio magis
Explorare potest modos, & aure?
An quenquam Apollo plus amauit?
L atonium his in collibus
Vidit Petrus, hac illac forte
Dum uagus, atq; silentem
Per lucum meditans perficeret sonos
Pallido liuore potentiores,

Vt usq; consueuit, nec aspici Deus
Sese præbeat omnibus
Videre: tantum queis pudor, & fides
Curæ, quiq; adolent deis honores,
Nam uulgus absterreret prophanum
T *elo minax, neruoq; Delphicus,*
Quo pythia olim concidere monstra.
Summa sunt Petro omnia,
Si quod omnis unice
Expetit & ciuis, & hospes
Si partu uenter tumefiat
Carus, si pudor edat
Hersiliæ, unde suo placeat
Coniugi mage, & uocetur
Optato pariter beata nomine,
Quis strepitus? tremuit en
Vertice laurus ultro,
Nostra Deis placuere uota.
D *eponet e graui sinu*
Nunc tandem Marium Hersilia nouum.
Ambrosiisq; soluta
Palmis Zona tholo stabit in aureo,
Mitis Ilithya probabit aras
Opem ob datam donis onustas regijs
Iam paruum in patrio genu
Specto uiuentem sidere pulchrius,
Specto ut ora ferat paterna, specto
Et talium rerum appetentem
G *auisus, olim qualibus*
Genitor teneris fertur in annis.

Quos imiteris, utrinq;
Non desunt puer, at tu Capharellium
Vt ferat mater genus Ardeamq;
A uita scepta, Turnus unde militem
Eduxit ualidum in Phrygas.
At tu paternas suspice laureas
Melinumq; decus sacratum Olympo
Aeternis poetarum Camœnis,
Queis hæc dicata est uillæ amœnitas,
Quos sæpe Melini antea priores,
Nunc superbis excipit
Petrus apparatibus
Lætitiæ, & munere Bacchi,
Qualem hospes quondam in lapidoso
Chiron miscuit antro
Amphitryonidæ pateram;
Aut Vlysseus Cyclopi,
Cui postquam in stabulis bibisse dulcia
Pocula contigerat,
Tum indocili strepentes
Ad Calamos pede humum feribat.

AD FVRNIVM.



Rgo Tu sine me, me sine tu gradum
Vertis Furni animæ nõ quota pars meæ,
Natalẽ ad Mutinã, & Garziacum tuæ
Speluncæ nemus ad situm,
Motum quæsieris rerũ ubi, quas pater
Arcana ætherum ui rapit in iubar,
Errent sponte sua iussa ne sidera

Quid Phœbi niteat ſoror,
Hæc tu quæſieris, & ſuperas bonus
Res tentare animo præpete, & inſeras.
Aſt ipſe interea uidero barbaras
Regis relliquias feri,
An nunquam miſeris libera peſtibus
Clementèm inſolitis laudibus efferet
Vrbs, & lætitias audiet integras
Conuexi domus ætheris?
Heu lentis abeunt triſtia paßibus,
Si quoquam horriſonos intulerunt pedes:
At: quando ueteris mœnia Romuli
Felix Iupiter aſpicit,
Iam tempus dabitur, cum tibi carmina
Oſtendam, dabitur cum reſone lyra
Pulſus Ianiculi cliuus, & aduena
Thybrin muſa patrem excitet:
Quanquam o ne ingenij crimine deteram
Paces egregij, bellaq́; Principis
Bella illata Aſiæ, uinctaq́; cum pijs
Regum fœdera honoribus.
Victum cernere erit Perſidis Incolam,
Medorumq́; duces noſtra pati iuga,
Nilum cernere erit Medicea uia
Duci flumiue languido.
Gignet terra alium biſtonis Orphea,
Naſceturq́; iterum Meonius ſenex,
Non proſcindet humum uomere uillicus,
Non remis mare nauita
Nos uixiſſe ſequens aurea ſecula

Aetas sæpe leget, se se aget huc redux
Virgo solicita illecta cupidine:
Ingratarum prius urbium
H *æc quondam fuerint. nunc etiam subest*
Fraudis priscæ aliquid, quod nisi tempore
Moles nulla queat diruere, & bona
Præcedit labor ocia.
O *tecum liceat si mihi currere*
Id uitæ spatium, nil graue perferam:
Iam iamq; incipiant pollice stamina
Fuluo tracta nitescere.

N E E R A E.



V O *uos proripitis* Neeræ *ocelli?*
Meæ siderei Neeræ *occelli*
Quo uos proripitis gradu citato?
Quin heres animo magis Neera?
Here *here animo meo* Neera.
Nil tu uisa licet mihi, frequenter
Here, fixa meæ Neera *menti.*
Da, nam fata iubent abire, saltem
Dulci oblecter imaginatione,
Et graues ita leniantur æstus,
Seu uicina iugi Bononiensis
Aeger trangrediar, meum sequutus
Regem, *siue* Donattulam *tenebo,*
Quo Laurens *uocat optimus, merendo*
Omnes qui sibi me obligauit annos.
An ne alas etiam hunc Cupido in usum

Gestat, ut reuol etis elegantes
Formæ, durum, animos perosæ amantum?
Eheu quid uolui? supremus ille
Decor par Cypriæ ut negat uideri,
Quasi de speculo ilicet refugit.



Vis posit ulli fidere fœminæ;
Quis posit, ignem cum tua Lesbia
Suspiret externum, atq; mores
Fraudibus ingenuos Iberis
Posponat? est est perspicuus mihi
Iam sermo uulgi peruetus, elegit
Semper sibi aduersa ille sexus,
Et ruit in fugienda uoto
Promissa. quó nam sæpe abijt fides?
Et uerba? quæ te sustulerant Deos
Felicem ad ipsos. quó ue blandus
Ille oculus, gemitusq; in arctos
Ducens amores; unde pedem male
Obnixus referes? i bone, lachrymas,
I simplicem iurare uultum
Atq; comas tibi flore uinctas.
Quemcunq; florem tu niueam in manum
Apto dedisses tempore muneri,
Quin & papillis inserebat
Candidulis prius osculata.
Quem non mouerent ista? quid optimam
Spem mente lentus conciperes tua?
Non tu iuuentæ raro egebas
Lumine, purpureaq; forma

N ec denegarat dona tibi sua
Et uoce Phœbus nobilis & lyra,
Seu plectro opus, seu sit decoro
Pollice: nec tua te quiritum
I mmisit urbi terra parentibus
Ortum pudendis, aut sine gloria.
Quis Bartholinos, quis remotus
Vsq; adeo uir hetrusca ab urbe
A rniq; ripa nescit? ubi tuum
Ripatianum sidera prouocat,
Tectis, Olympumq; æquare certat.
Iugera despiciens auita,
E t lata fusis æquora pascuis,
Quacunq; tingit flumineus liquor,
Quacunq; colles porriguntur
Arboreo uirides amictu.
M aior ne candet præterea fides
In Bethico isto: dextera sanctior
Nulla est tuendo fœdere, quàm tua,
Nulla opibus mage nata dandis.
A h quæ malorum, queúe manent uices
Impune factum. hoc Lesbia non feret.
Semper dolosus gaudet arte
Barbarus, ambiguaq; lingua
V lturus ille est nil uereor tuæ
Dolos scelestе perfidia pari
Sunt, quos uocauit sæpe testes
Dij, memoresq; suas reposcent
P œnas. se haberi frustra animi calent
Aegri Deorum, & pectoris excitat

Feruor dolentes, quòd caduca
Gens hominum superos lacessat.
E xperta disce, quid temere in nouis
Mutare primum sit uirum amoribus.
Deserta secum dicet, Eheu
Quid uolui mihi tunc? quid egi?
O lim requiret mente oculos sui
Laurentis olim, quæ benefeceris
Tu cuncta, rursum quæ male ille
Et meritos dolor uret artus:
E t forsan ad te flebilis afferet
Se se, resistas tu (moneo) & feras
Mente obstinata, nec rogatus
Sæpe iterum piare falli.
N am fallet: & si nunc tuum adit genu
Submissa, mos est fœmineus, patret:
Vt sæpe idem crimen, nefandas
Promptior usq; subire culpas.


Cilicet superbiat,
Quem magnis populus laudibus excipit,
Quod patrium defenderit
Ille decus laborans
Longum, atq; suam spernens animam
Dum uirtutis auitæ
Non immemor mauult profundo
Se demittere tartaro,
Quàm serum exigere indecorus æuum.
N on mouebit inferos
Manes pulchra uiri laurea maximi

Non mouit antea, sedet
Horridus illa in aula
Custos, nec flectitur ulla ui,
Quicquid iam semel umbris
Damnarit æternis silentum
Iudex, urnaq; Gnosia
Sors unde exilit inuoluta fumo,
H *ectora sub patrijs*
Mœnibus olim
Raptarunt Bijuges equi, arsit Aeaci
Nepos, & utilem manu Camillum
Transmisit atro flumine portitor.
Esto, hominum misero generi iubet
Fata deberi ultima
Aetherio qui regnat Olympo
Diespiter, sceptrum gerens, micanti
Dextera uasti exitium Tiphoei.
At saltim aliquis pudor esse
D *ebuit, genus cadit*
Mortale omnibus horis temere, ut lubet.
Fatis, nec animos tristium
E ualeat deorum
Vincere pietas, & cultus frequens,
Quin intercipiatur
Vir summus ipse, cum magis res
Instant, & timor anxius
Vrget, cardoq; uoluitur supremus,
L *auerunt nigris pedem*
Sic multi ante uadis, at decus Italæ
Telluris, heu nunc quatit

Pectora

Pectora luctuosis
Singulis, & mesto ululatu
Eheu nos iterum Dij
In damna trudunt Cœlo ab alto:
Rusum præcipites ruunt,
Nec dum ipsis luimus satis malorum.

N ulla licet careat,
Hesperiæ ora
Bellantum scelere, & licentia graui,
Atq; alba quanquam ubiq; putresiunt
Ossa oppetentum uulnere ciuium,
Sæpe quibus doluit sua rusticus
Cultor arma obtundier.
Nam quacunq; insigit aratrum
In dura campo busta pro feraci
Incidit, tellusq; rubens cruores
Exudat adhuc miserandos.

E cquis ore diserat
Hæc sicco, aut rapidis oppida in ignibus
Absumpta? matres uidi ego
Dum fugerent nephandum
Hostem, fluuijs sanguine turbidis
Se se proijcere ausas
Dextra trahentes, & sinistra
Infelicia pignora,
Passis crinibus, & querela acuta.

H orror heu loqui uetat,
Quin aras etiam exercitus insolens
Fœdauit impia nece,
Ah cecidit deorum,

F

Simulachra senex suppliciter tenens,
O' qui prælia sæuus
Inuenit, atræ condidissent
Hunc nubes prius, inane
Nodo tartara ferreo illigassent.
I lle etenim mala tot
Primus ab orco
Euexit, neq; pallidam horrit famem,
Nec tabidam luem ore territantem
Nigro refugit, scilicet expetens
Prorsus ut Iapeti soboles ruat.
Sic agris flauentibus,
Durum immittit uillicus agmen,
Primum iacet campo seges patenti.
Inde, quod ferro superest, sequuntur
Muliebris turba, leguntq;.
S ic in mari accidit.
Insano obstreperos Aeolus africos
Licet refrenet uinculis,
Moleq; montium alta,
Non unda tamen placidum sternitur,
Aut stat continuo æstus.
Sed pertinax longum gementi
Incumbit pelago fragor,
Vexanturq; etiam trabes per altum.
S æpe etiam antequam quies
Vndis detur, hyems turbida inhorruit;
Rursum atra nox ponto redit;
Non secus heu tenebris
Itali repetitis inuoluimur,

Postquam extinctus Adorni
Fulgor caret, postq̃ ille patris
Almo munere Delij,
Et nouo latium premit dolore,
E *gregias animas.*
Funera semper
Importuna, grauiq; tempore occupant,
Petiuerat modo ille ciuitatem
Ditißimam auri, & consilijs grauem,
Indomitam uel origine ab ultima,
Quæ Iouis nutu optimi
Se tollat Neptuno in alto
Regina late, nobilisq; rerum
Laudibus tellure, fretoq; partis,
Veneti sedes imperij,
M *ulta ubi tulit diu*
Sacrorum meditans uincula fœderum,
Vnde esset optatißimus
Italiæ querenti
Modus erumnarum tantarum.
Dij quæ uerba tonabat
Illa seuerorum in corona
Patrum, cœpit ut eloqui,
Immota illicet ora cuncti habebant.
D *iserebat ut solent*
Discordes animi diruere oppida
Et obsoleto fulgida
Vertere regna tecto,
Altis rationibus addebat
Aeui exempla uetusti

Namq; ille norat, quicquid ante
Saturno memores libri
Et felicibus Insulis sacrarant.
F ando etiam (miserum)
Tempora gentis
Maternæ repetebat, utq; auus potens,
Et tota Lascaris domus coacta est
Antiqua Thracum sceptra relinquere
Plurimis, unde pios timor obsidet
Vnde formidabiles
Turcæ, quum nullo prius essent;
In nomine, at mox creuit heu ruinis
Barbarus, quas intulit ille nobis,
Quasq; intulimus nos ipsi.
N am quod alteri hostium
Demas robur, id apponitur alteri,
Tantoq; surgit fortior.
Hic memorabat, esset
Qualis nunc Italia, qualis prius,
Vt longo populata
Bello, iacet nunc pene nulla,
Quum tam florida, tam potens
Integris opibus fuisset ante.
A t nihil magis tamen,
Quàm natale solum pectora strinxerat,
Is dum paternam in regiam
Exilium remensus
Longum, fatisq; agitatus malis,
Se se tandem animosus
Vltor referret Gallo in hoste.

Totus, milite opes rapi
Infelix socio audijt suorum,
S *iue quòd ipsa lucrum*
Castra sequuntur;
Seu quod uisa Deis *beata Ciuitas*
Nimis fuisset, atq; par Olympo,
Thronis ubi se collocat aureis
Fulmina sceptriferi uenerans Iouis
Cœlitum fulgens chorus.
Oderunt nobis mera parcæ
Bona esse. quare temperare gaudent
Altera sorte, haud ita se gerentes
Mox quum fugienda apportant.
S *ed nec omnium parens*
Tempus contigerint quæ prius, efficit
Infecta longo mensium
Alipedum recursu.
Nec iam Lygurem *dolor urgebat*
Tristis, tanta repente
Fortuna fulsit, tamq; pulchro
Arrisit lumine Cynthius,
Vt Regum *redijt status priorum,*
P *ectore excidunt mala*
Quum felice labor uincitur exitu:
Hieronymus tamen pius,
Quem calor incitarat,
Non æqua illum dulcis patriæ
Casum mente ferebat,
Sed lachrymis os irrigabat
Inter uerba cadentibus,

Figebatq; animis senum dolorem.
D eniq; quid fieri
Vellet amice?
Fatus sedit hiante adhuc patrum globo.
Vir consularis utili excitatur
Sermone, rerumq; ubere copia.
Acrem igitur animum & sapientia
Verba mirati, uirum
Egregia omnes laude ferebant,
Nec scire tum primum quid ille possit
Expedito ore, ingenioq; culto,
Dicebant, & quid in armis
E disset impiger,
Non siquis solido pectore concipit
Virtus. antiquum decus
Lucis eget coruscæ,
Qua lata patet tellus, qua mare.
Quis de stipite tanto,
Quòd tale germen pullularit,
Credat lentior? aut ea in
Ora quam decuit sonari auorum
A criore Tibia?
Hæc olim ualido remige feruidos
Regum numantium impetus
Contudit, atq; ternos
Ostendit ahenis implicitos
Nodis cola manusq;.
Dura adde pro Dijs bella nostris,
Et uoluens mare corpora,
Tot adde exuuias ab hoste raptas,

C iuibus unde nitens
Fulsit aceruus
Auri, & sumptibus alta tecta regijs
Creuere muros intra, & in paterno
De se uocati littore Nerei,
Quo nihil itala iactat amœnius
Terra, nec formosius,
Tot ne usquam præsignia diuum
Templa? hic Catini uisitur Smaragdus,
Omni opus maius precio, inuidendum
Claræ spolium uirtutis.
Q ueis Adornus haud fuit,
Factis dedecori, quem penitus honor
Magni supremus Cæsaris
Ante alios amabat,
Onus ille hoc mandarat fœderum,
Sæuo ut necteret hosti
Vinculo, & minantem perdomaret
Regnatorem Asiæ, sibi
Adiuncto populo Adriæ potenti.
D ijs Iouiq; non ita
Visum est, non Italis, tam bene consulunt,
Vocantq; pœnas in nouas.
Heu tacet ille templi
Media in testudine, funebri
Obducta undiq; panno,
Ardetq; funus triste circum,
Circum stant famuli humido
Mœsti lumine, implicantq; palmas.
A udiet unanimis

Frater ademptum,
Fratrem tempore tam malo urbe in extera.
Et audient Ciues boni, dolore
Tunc muta primum uideris omnia:
Mox subitus trepidæ feriet uaga
Clamor Vrbis sidera ..
Quo non rumor pennipes ibit?
Percellet aures Cæsaris, patescet
Ira diuum, non alio licebit
Hæc fœdera iungi autore.

LAVRENTIO BARTHOLINO.



Vella flammis tua te
Insitatis merito urget,
Puella, nitente cuius
In ore sedent amores,
Cuius decoram liquido
Vnguine respersit
Ceruicem Orchomeni praes amœni
Diua, in fluuio simul
Præter fugiente lauit.
Sed illa Laurens parili
Laborat igne exagitata:
Tibi quoq; adest deorum
Fauor superum, tibi non
Inuidit albus suas sol
Lumina, queis clarum
Aurato peragras æthera curru:
Nam quid cupias egens

Linguæq;, animiq;, opum'ue?
H *abes, habes Lesbia, nec pudenda*
Vrimini face
Ambo, euadere postquam amoris
Haud ulli fas iacula.
Inuictus pugnare amor est, ille
Pennis cæruleum
Peruolitat fluctum stridentibus, ille
Frondentes sollicitat siluas,
Dijsq; uirisq;
Nectit graues Veneris puer nodos.

PETRO CVRSIO.



Oqui docte pedestria
Verba carmine Cursi
Idem lepido decus
Labentis modo sæculi.
Nos amœnis læta tenet
Collibus Doattula
Nunc lauri sub coma uirentis
Prope nouos Lares,
Nunc ad contigui dulcia murmura
Amnis, iacentes qui rigat Liuij fori
Campos, uetustamq; Rauennam,
Vt flexuosos uallium
Liquit recessus, antraq; frigida.
E *go hic desideo libens,*
Sunt ubi omnia salsa,
Tranquillus ubi suo,


Aduentu reuehit dies
Lucido Phœbus, nec abit
Nocticula, conscias
A estus ducens mali tenebras.
Neq; etiam frequens
Plebs uano miseris obstrepit auribus
Rumore, securi, quid Hispanus doli
Nunc uerset, hispanus adire
Quemuis nefandi ausi gradum
Fortis, Sardonycem præferat ut manus,
N ec militiæ sua, quod
Addidit arma Italæ Gallus memori ab
Fulmine reditus
Tandem sapiens duce fines
Sfortiada, & populos
Tuente auitos,
Nec mihi commouet hoc animum
Lætitiam ob properatam Laureæ,
Musæ frequens ego cultor insuetæ
Culpa ingeniorum sequentum,
Priscos ipse reducens numeros,
Sensu beor uulgi relicto.
R epostus mihi sufficit
O enim locus optatum.
Et Villa mei memor
Laurentis, dum erit ipsaq;
Sole uoluente incolumis,
Et Dei, quibus modo
Pulchrum ille hanc dedicauit aulam,
Studia dum fouet

Heros pierius libera, commodam
Sacris parauit dum quietem cantibus
Haud sumptuum parcus, & ruri.
Emissa pulchræ quatenus
Vsu refulgent signa pecuniæ.
Quid ergo iuuenem Liræ
Parcius celebrarint?
Aut tibia buxeo
Laudes rata foramine,
Maximosq; efferre uiros
Alte Olympicam ad domum?
Virtutem qui colunt, aperta
Iter habent uia,
Atq; excelsa oculo sidera perlegunt
Illi beato pendulis de curribus,
Nec finis hos ultima tentat
Mœsto trilinguis Belluæ, &
Vinclorum, & orbis Sisyphij metu.
Tales uia clara Iouis
Ducit ad Elysiam turrim, & nitida
Arua, ubi lenibus
Vsq; Oceanitides auræ
Spiritibus nemora
Alunt beata,
Tum simul auricomis rutilos
Terra dat arboribus flores, simul
Vnda, alluens placidum renidente
Fluctu, impediunt unde quisq;
Illic littore toto digitos
Monilibus flauente & auro.

M anent iſta: ſed ultimam
Poſt diem, ſeniumq;
Longum interea theleis
Barthulinus amabiles,
Sobrijs, & pieridum
Nectar auribus bibet,
Expreßit quale ſeparatis,
Mea ſub his iugis,
Mens letata nouo lumine turbidum.
Ah cur abes tu, quem decorus aurea
Phœbus coma diligit, o quæ
Hic in uirenti frondium,
Vmbra recliuis carmina diceres?
N ihil non referet tibi
Theſpias. ſatyrorum
Tu capripedum genus,
Et nympharum agiles choros
Audiendo percutias.
Noſq; mente quod petis
Tota, complectier liceret.
Caput at urbs habet
Fidum terra meum romula Curſium.
Tenet canentem digna Phœbo tabidus,
Frangit uirum æther, alijsq;
Illic remordens ſauciat
Gentes nefandis cura tumultibus,
I nfenſa bonis ſtudijs,
Cura hominum ingenuas mentes lacerat.
Ac ueluti freto,
Cum biſtonio notus ater,

Aut aquilo incubuit
Furens, ab imo
Nec mora, surgit harena Erebo.
Fit fremitus pelago in summo. gemmunt
Percussu littora fluctibus nigris,
Sic illa animos iactat, æstu
Bacchante, leues ademens somnos,
Dulcesq; musarum lepores.

LAZARO BONAMICO.



Vperum quisquis uenit
In lumen, amica sibi
Fata ne confidat esse,
Quandiu current equi
Solis fugaces, & recurrent
Per spatiaætherea,
Lucis uice dum nitida
Interituræ abigunt genti tenebras.
Ille beatus erit
Mihi, fuluam cui colum auri
Pollice Parca benigno
Trahet ex quo partuum
Lucina potens facili
Mota uoto infantis ortum
Reddidit lætum, horridus
Donec proserpinæ maritus
Inferæ ab egregio
Vrnæ arbitrio, tenuem
Hospitis accipiat frigentis umbram.

An ne ubi Deucalion
Lapides iactos, & auro
Pyrrha comam religata
C oncilijs themidos
Adducti anima calefecerunt noua,
Aut priusquam res Olympi
Imbribus illuuieq;
Habitata homini
Loca strauit, nec in aeris
Apparuit ulla plagis
Vrbs minans ardentem in æthram,
Vndiq; cum uitreus
Thetidos inundaret liquor, arduaq;
Pelagus Pharsaliæ
Iuga celaret uago
Impetu, Parnasium præter cacumen,
T ulerat quo se trabe
Curua Aemoniæ dominus.
Ergo prospectabat ille
Tutus æquor uirginem,
Solans pauentem belluarum.
Scilicet insolitas
Formas caput e tumidis
Horrificum pelagi undis exerentum,
Atq; etiam uetita
Nisi tellure arceantur
Rictibus illæ adapertis
S ubito allapsu ruant
Et pulchricomæ teneras
In genas nymphæ & tyranni

Nobile in pectus uiri:
Sed rector omnium supremus,
Cui dare perpetuo
Non uisum erat interitu
Iapeti sobolem, seruauit ambos
Propterea incolumes,
Hominum damna unde cernis
Vsq; adeo reparata.
An ne uel ante aliquis
Hæc tempora, uel potuit post aureum
Consequi nomen beati?
Nascimur, atq; elementa
Ab origine fert
Tristia quisq; sua, nec erit
Vnquam, illa superstitibus
Occidant nobis priora.
Ede age Lazare, quem
Vetera pelasgum oracula nota beant,
Sapit & multa animus
Duce non ullo tuus,
Ede cantem delijs an digna lauris?
Mala nobis sæpe sunt
Mentita hilares oculos,
Cæterum paucis retecta
Mensibus post, arguunt
Cordis minores, atq; tristi
Iam facie inuehitur
Fortuna trahens subito
Turbine perniciem mœstos ad imam,
Terminis haud, etenim

Mali adest, Quorum rubente
Contigit atria dextra.
P ater olim, donec &
Illi, & genus omne cadant
Vltimum in fati barathrum.
Iupiter, nutu mouet
Quin cuncta. felix uere habetur,
Quem nequit ulla uirum
Vis, ullæ agitare uices,
Fulminis & sonitu & flammis tremendum,
Quem neq; mors capiat
Domitrix rerum, nec ortus
Secula nacta perennes.
A t sine fine donum
Sceptro ille regit nitidam stellis potens
Antea, nunc, quotq; posthac
Cynthius afferet annos.
Age in urbibus hac
Lege homines fruimur positi
Damnis procul a miseris:
Terream spes docta gentem
Ducere quo libeat,
Venit aliquando lætior, est ubi nos
Vitiosis adigit
Scopulis eludere
Pertinax errore iactatos marino.

AD



Vid supremo nata Ioue
Dea Pimpleæ decus
Rupis, quid heu nunc condita mœnia prisco,
Ab Remo, tot pierijs habitant
Noti studijs, citharaq;?
At mihi nemo Trebati cor magis
Vlcerat, atq; tuum
Caput. est Vincentiæ
Cara Dijs tellus tuæ.
I llius campos, etenim
Videt ex alto Ceres
Aprilibus laudata sacris, & agresti
Læta frugum munere, uota probat
Terram ferientis inertem
Agricolæ pedibus certum ad sonum,
Nec Semeles puer hæc
Loca contempsit iugis
Grata amœnis collium,
D ucit choreas ubi Lenæus mitra
Implicitus comam & auro,
Pone citæ subeunt
Maenades ordine non breui, caua
Terga bouis quatientes.
Clamor it euius, atris
Ignibus ardet opaca
Nox, piceamq; ferunt.
Lucet teneris redimitus pampinis,

Lene surgens tumulus, satyros
Bacchæ manu præhendunt leues.
R espicit risu comites
Hilari Dux, telaq;
Præsuta molli fronde, hederamq; uirentem
Laudat, & dulci agmina læta mero.
His quale locis pater ipse
Instituit patulo fundi, e lacu
Præterea gemino
Coluit uos munere
Nata magno e uertice
P allas, æternoq; Ioue,
Parituro mulciber
Vulcanius ferro ac chalybum obstitit arte.
Illa flauum cincta caput galea
Hastamq; mouens, clipeumq;
Prosiluit grauido de uulnere
Terrificum ore fremens:
Tremuit tellus parens
Et deum illustris domus.
V rbi, studium tribuit bumbicinum
Diua tuæ, neq; coi
Feruet honore magis,
Vlla operis, pretioq; serico
Gens habet unde beata
Nomen opum, spetiemq;,
Magna palatia in Vrbe
Cernere, magna in agris
Pulchrum est, pecudumq; bonumq; in latis genus
Pascuis erat, opes opibus

Gignuntur, ut ramos iacit
P *lurimos, cœlumq; coma*
Petit altum frondea
Quercus corusco, a solo superne refulgens,
Paret aurum dignius, id sapiens
Vsu regit equus amico,
Nec nisi diuitias pronus, nites
Paupere fulgidior.
Honor hic uestram plagis
Eripit gentem inferis.
I *dq; ego testansq; patris,*
Cineres, huncq; æthera
Certo eloquar sermone, nec irrita in aures
Ibit arcu nostra sagitta leues
Sunt multa quibus grauium ora
Vatum, animosq; agites Vincentia,
At nihil Aeolios
Digitis tentem ut sonos,
Excitauit me magis,
D *um cura mouet tui alumni non leuis,*
Meq; Trebacius angit,
Canaq; amicitiæ
Federa solicito trahunt metu,
Altera quam egregij laus
Ingenij, unigenæq;
Dona secunda Mineruæ
Addidit ingenuas
Artes Dea, pierium & cultum, neq;
Desides lenta terunt pueri
Hic ocia, & perdunt dies.

P ulchra, sed iam tum teneris
Meditati de unguibus
Virtute surgunt auspice, flamina pennis
Et secant fama, patruumq; solum
Portant, ubi uertit in hostem
Spicula equo fugiens Parthus, colit
Aut ubi hibera ferrum
Dominum gens exteris
Austriæ missum a locis.

I nuidi affinxere nigra
Maculam loligineo
Quicunq; monstratur digitis, & honore
Cultus in plenaq; uia, & superum
Templis, & in urbe, forisq;
Gaudet: at in tacitis præcordijs
Victor honorum olea
Caput ornatus pia,
Quale non peninsula

D oris genus, aut Asiæ tellus parit,
Vnus in arboris umbra
Diuite ager tegitur
Cecropius, folijsq;, nec cata
Vllius arte iubentis,
Sponte, sed ipse uirescit
Termite frondifero, quem
Nemo adit intrepidus.
Hunc Cesia præsidio Pallas tegit
Nec manum olim Lacedæmonius,
Admouit hostis impiam,

M arte cum uastaret agros.

Reliquos, & Thesei,
Regnum uetus, decußit, Archidam alti,
Innocens sacros uenerata focos
Numenq; deæ, tibi longe
Quæ fauet Euganeos omnes supra.
Id prius Italiæ
Docuit lux inclitæ
Roma, nunc eheu ruit
V *rbium regina. furor*
Misere uexat nothi
Prolem Quirini, troiugenasq; pudendam
Concitansq; in uim scelerum, inq; nefas,
Vt Noricus imperet hostis:
Arma manu Aeneades crudelia
Suscipere in patriam
Potuit terram irruens
Templaq; in diuum sacra?
A *t Romulæ degener, haud clarum latent*
Ista oculum Iouis, olim
Teq;, tuumq; manet
Pœna genus sine termino grauis;
Quiq; tibi ampla recepit
Egregius pretia emptor,
Quid sapientia poßit
Iulia, & indomitum
Numen Petri, ab Italia eiectus sciet.
Interim opto uideat patriæ
Florem Trebatius suæ.

CASSALIVM.



Aptista stirpis Cassaliæ decus,
Quē Roma longo stemmate nobilem
Partu dedit, dic quæso ut urbem
Hanc medijs in aquis repostam.
Mirere. nam Sol iam celeri semel
Aethræ peregit curriculum rota,
Legatus ex quo hic res Britannas
Imperiumq; iuuas amicum,
Henricus ex quo te utitur optimus,
Quo sceptra nunquam a uatibus insulæ
Dictæ satis tractante auita
Flos hominum influit ultimo orbi,
Seiuncta nostris ut loca finibus,
Regemq; uisat, quem sapientiæ
Laus raræ Olympo miscet alto
Aetherea uolitantem in aura.
Nec te silebo, cui potuit catus
Princeps habenas credere regias
Diuine Thoma, illos ut æquis
Consilijs populos gubernes,
I nunc Catones prisca fides tuos
Extolle, nostri maior adest honos
Virtusq; Thomæ, cuius instar
Sideris ætherei refulgens.
Nomen nec indos sepositos latet,
Nec sub cadenti lumine Delio
Nescitur; albæ cantilenis

Talibus insonuere Musæ.

P ræclara Musæ facta mori uetant,
Quarum qui egebit muneribus sacris,
Non ille per longos beatus
Lætitia potietur annos.

A st hunc lyrarum suauiloquus lepos
Mixtæq; dulci carmine tibiæ
Dixere tollentes superba
Oxoniæ monumenta claræ:

Q uæ Frisiudæ, quæ iuuenum nouis
Ille instruendis mentibus erigit
Nec cantu eget pulchro, paratus
Laudibus egregijs, galerus.

H unc non Galerum quilibet obtinet:
Verum illi habent, quos Iupiter æquior
Virtutis insignes honore
Iustitiaq; probauit auctos,

Q uæ flectit acres bello animos, uelint
Authore Thoma prælia ponere,
Queis christianus sæuit orbis
Italaq; intumuere busta,

C um Turca fines interea suos,
Et regna captis proferat Vrbibus,
Cum iam Rhodos diuersa longe
Numina, Pannoniusq; adorent.

D iscordia nil non metuas mali.
Quod si rediret candida regibus
Pax, non labor sit multus armis
Castra pijs inimica uinci.

I llum o diem si nunc referat Deus

Rerum supremus conditor omnium
Baptista: nanq; id tu labore
Sedulus aßiduo, tuusq;
F rater studetis. Gregorium pater
Audit Quirinali e solio, tribus
Fulgens coronis, qui recludit
Cum libet, aulam, operitq; diuum.
A t consulentis quid deceat tuas,
Sermone laudum prosequitur graui
Sententias Gritti uerendæ,
Cum reliquo facies Senatu:
P ræstare fama quid melius bona?
Allexit hæc uos, impulit hæc, solum
Vt post haberetis paternum,
Nostraq; Principum amica corda.
S it magna Thomæ gratia, qui suo
Regi ab remotis uel regionibus
Tradit profectos, si fideq;
Ingenioq; uigere cernant.
S ed quid tuas nunc carmine demoror
Aures meo? uos rerum aliæ præmunt,
Moles procurare, o Latinis
Ocia pergite læta terris.

PETRO BEMBO.


Vnc tibi, cui nigra parent tartara
Pluto, & tibi Persephone
Dilecta thorum stygio quæ ornas Ioui,
Ne displiceam precor, udis
Optimo dum flebile Bembo oculis

Carmen requiro.
Tu mone tu diua cæis,
Nos aliquid lachrymis funestius.
Nam puer uirtutis hæres insolentis
D *ebitus haud minus ac rerum quibus*
Fulget domus omnis abit;
Heu purpureos abit obscuræ mala
Noctis uice tectus ocellos.
Lumen heu quando solitum in tenero
Splendescet ore?
Balba nunc quando parenti
Verba alacris repetes, atq; afferens
Osculum iussum in sinus curres apertos?
N *on labello te micante*
Carmina Virgilij
Audio reddentem, age pollicitus
Magnum puer nobis decus,
Spem fuge deserere altam,
Pro me age Mæonij quicquam senis,
Graiaq; uerba latino profer ore,
Non secus atq; solet,
Siquis est in Thesei prognatus urbe.
A *nxius en pater hoc orat, memor*
Cui sollicitudine mens
Disrumpitur assidua, cui diuidit
Cor immeritum dolor urgens,
Tu ne Lucili hoc patiere: tua
Sentit tumultus
Hos pater causa; uocatus
Quòd ter, & amplius exaudis nihil,

Mitte patri, mitte uocem, quid morare?
L *ætitia patrij quem nominis*
Princeps fugiente bea=
Sti æuo, cito linquis eundem eheu nimis,
Matrem aspice quæ fouet ore
Os madenti pallidulum, usq; tuum
Complexa corpus:
Passa nam longum est laborem,
Ante suum puerum quam cerneret
Candido de uentris egressum tumore.
V *ocibus mater uocare*
Desine mœsta pijs,
Audit eheu nunc nihil, ille procul
Transmisit atros gurgites,
Linaq; pollice sæuo
Rupit atrox Lachesis fatalia:
Desine Bembe, uocas frustra, ille campis
Ludit in elisijs
Florida crinem decens flauum corolla.
Et modo littora per fulgentia
Gemmas legit, in superis
Orti homini minime notus, modo
Lætatur in arbore fulua
Considens, decerpere rara manu
Splendente poma,
Tristi ubi diuus tuetur
Lumine auus sobolem, merens nouam
Arborem phœbi in sacra elanguere ripa,
Quam posuere heliconis præsides
Musæ genito haud procul ab

Illa, caput unde beatum Delijs
Ornas folijs tu, & in orbe
Nobilis magno, inuidiam pedibus
Calcas minorem,
Siue quid faris solutus,
Siue modos Lepida pangis lyra
Qualis, aut cantus Lini, aut lugentis Orphei,
A *ret ergo parua laurus,*
Cessit & egregia
Indoles nullo reditura die:
At terq; Lucili uale
Et quater, heu puer, eheu
Summus & hic & infernis locis
Es dolor, atq; tua partum Deabus
Lanificis odium
Morte, nunquam sæculis delebile ullis.

VICTORIAE COLVMNAE AVALAE.



Iros noua laude claros
Fidibus apto dum integris,
Gelidaq; redimo ab styge
Sublime eorum decus,
Quod orta Ioue nobis
Dedit Thespias
Munus, haud icta mea
Vnquam trepida mens fuit,
Neq; pauor nescium
Subit pectus adeo.
Quid hoc? insolens

Tremo totus, ardet
Dum splendidæ mihi animus
Cupidine inarimes.
Vbi insulæ dia sceptrum
Regis opimum, ubi priscæ
Reparas decora gloriæ.
Victoria, & mitigas
Rogos (graue) mariti
Acerbos tui,
Fataq́; inuida nimis.
Si musa tamen inclita
Fidicinum, si finis
Eburnæ ipsa cytharæ
Sciens, frigida hunc
Teneri orci in aula,
Inglorios quasi dies,
Domi egerit latitans,
Nec uiderit Mars Audalum stupens,
Quum manuq́; equoq́; celeri
Cruentos per hostes
Rueret, hæc illaq́;
Metu impigra fugans agmina,
Campumq́; fuso replens sanguine cadentum
Ferro temere militum,
Troia uim qualem Achillei uidebat
Iacere quum primum amicas,
Subita ijt per aures uox.
Patroclum, suaq́; barbaræ
Genti arma fastum addere,
Quibus iuuenis hostem



Furentem mala e.
Heu fefellerat aui,
Tunc mente uetus excidit
Dolor, & æstus diu
Amicus priamidis.
At aiebat at,
Decens crine equino,
Nunc est opus galea, nunc
Lacertus in clipeum
Mihi induendus, mihi hastam,
Mihi parate loricam,
Salit in sonipedem simul
Arma induens ærea
Satus Thetide Mauors
Furit lata per
Dardani sola, modo
Alba cute cycnus, modo
Cadit atrox prælijs,
Opus seu regere equos
Erat, prepeti
Volans axe Memnon
Aurora quem peperat,
Sinu micans roseo.
Vitæ ergo Achilles adimit diem
Aureum his, & Hectorem Asiæ
Columnam reuellit
Auidus cultor, capi
Fuit leuior unde urbs phrygum.
At non minores dabat dux Aualus illo
Cædes, iacula conferens

Maximis cum e ferrocibus cateruis.
Repente quas hæc in arua
Niue per algidas alpes
Fremitu penitus horrido,
Asperrimis rex potens
Viris, dareq; largus
Opes fortibus
Duxit ultima minans
Ille excidia sed suis:
Vacuus in gallijs
Fuisset melius, ut
Breuis postea
Dies certa fixit
Immane uulnus animo
Perenneq; opprobrium.
Quàm erit diu terra cœli
Medio in orbe, nec totam
Teget oceanus, ut ferat
Nobis uago, & pabula
Gregi, neq; caducæ
Rubentis poli
Lampades, neq; minæ
Imi nocuerint Iouis
Celebribus laureis,
Triumphoq; similem
Memor nulla cui
Prius uidit ætas.
Euge o columnæ Aualides
Equis redit tuus in
Albis, canis tu propriæ iubar

Gloriæ, canis ſpolia tu
Domus ueſtræ opima,
Celebrat inuictum Io
Tuum tua te meritum chelys,
Nec ſola tu, ſed lyra quiſq; crepat illum
Grata, incola biuerticis
Quiſquis eſt cliui, eum nemus per altum
Refert, nouus refulſit
Italiæ Deus noſtræ,
Placuit tum etiam amabilis
Huic barbitos, uerbáq;
Lepore lita uatum
Amauit, neq;
Pulchra facta ualidis
Ingentia uiribus
Facere duxit ſatis,
Atridas niſi ſacro
Pius carmine
Poæta eſpediſſet
Morte, horridiſq; tenebris.
Agelios quis audierit?
Colendus eſt rite uates:
Reliqua enim rapax orcus
Auidis uorat hiatibus,
Laus permanet, uitáq;
Redit, canit ut acri
Beatum ſono
Tibia, & uolucribus
Puri ſola per ætheris
Nitida ſublimen agit

Rotis frma, sed ego
Quid hæc persequor
Tibi? cui repostam
Phœbus recludere solet
Benignus Aoniam.
P lectroq; caram ambrosio beat
Vnde tanta es, ut uerear an
Dearum una dulci
Facile sis addita
Choro decima musa, an pater
Quod maximus dictus est Fabritius, ille
Ore egregius omnia
Qui sui laude nominis replebat
Vir attamen, gentiumq; ha=
Bitus. & ipse nostrarum
Hominum potius in grege
Te collocem, nobili
Sed in grege hominum, quos
Pater cælitum,
Quosq; Delius amat,
Omnisq; superum cohors.
Dea sed es siue, seu
Magis nata hominibus;
Olympo haud putem
Minorem corusco,
Cui contingere bona tot
Deum simul superum.
F ides enim post canoras
Quibus humum altior linquis.
Tibi munifica mens, tibi

Nunquam

Nunquam tacendus pudor.
Decor ſimilis eſt cui?
Nites fœminas
Inter; ore comites
Nymphas, Cypris ut aureo
Superat & gratias.
Adhuc pergo? numerum
Harena effugit.
Auito quoq; amplos
Fines tueris animo
Parata uel nitidam
Ornare leui galea comam,
Sit quies ut alma populis,
Amas quos, parens ceu
Melior, ut ſentiat
Tuo facile ſe quilibet
Heroi ſcæptroq; miti, oreq; beatum.
Salue: meminero tui
Nunc ego, & pluribus lubens in annos.

IANO LASCARI.



Irum ſumpta refer chelys,
Qui modo Remi ad urbem
Rediijt alpium per
Iuga frigoribus redimita,
Degat his ut ultimæ
In locis ſua uitæ
Tempora ocioſior.
Atq; ſe ueterum,
Quòd unum auet libris uirorum

Latinisq; reddat, &
Atticis, utramq; quando
De teneris unguibus,
Solida bona colens,
Nouit elegantiam,
Vt antiqua gloria nihil
Magis pulchra tangat astra capite
Leui, solium & aureum Iouis.
N*ihil Sapientia,*
Tollit altius, alis
Celeribus per omnem
Iter illa tetendit olympum,
Cui nigram citra notam es
Magne Lascari carus,
Intimusq; uel supra
Cæteros homines:
Quod Itali exteriq; Reges,
Apud quos tibi, loqui
Contigit, grauesq; rerum
Voluere moles, sciunt.
Leo ne tribuerit
Plurimum ut tibi, feram?
Leo decus tiaræ & apicis
Sacri, quo nec ante manus aliquid
Fuit, nec alias dabunt Dei.
Amauit animo ille toto
Caput eruditum,
Amauerat prius
Lascarin eius
Pater auidus decoræ ille gloriæ,

Lyra tacitus nulla, Hetruriæq;
Potens diuitis, asperæq; prælijs,
Musarum heliconidum grauis
Custos, & hospitum
Doctorum adamator,
Namq; his patebat illico
Opima domus cognitis,
Ferax unde semper data copia
Ingenijs canendi
G *enus Mediceum, & uiros*
Inclitos super astra
Fidicinum canoris
Humeris, citharáq; locatos:
Sed diem ultimum improbo
Rumpit pollice Clotho,
Noxq; luminis nitens
Condit atra iubar:
In alma quisqus intulit se
Iouis regna, uidit &
Insolens corusca Phœbi
Tela. ita Laurentius
Sua bonus obijt
Fata. Ianus id uidens,
Amatum relinquere locum
Parabat dolore uictus obitum ob
Nepharium, & acerba sidera.
T *ubis tunc fera Martijs*
Bella forte sonabant
Nitidáq; induebat
Furor arma cruore linenda

Militum ferocium,
Carlus ab Rhodano quos
Finibusq; Galliæ
Acer innumeros
Agebat Ausonum per agros,
Frequens rumor ire eam
Grandinem fuit uirorum,
Incuteret quæ nouum
Facile metum Asiæ
Toti, & impio freto,
Tenet quæ modo loca sacer
Deorum hostis insulæq; latiæ,
Palæologus antea pius
Quæ Lascaris auus tenebat.
Igitur paterna
Repente perculit res animum, nec
Mora adijt haud pauens ille regiam.
Quis esset ait. Rex *loquentis omnem*
Stupebat faciem, stupebat elegans
Sermonis acumen, haud enim
Princeps loqui genus
Consueuit eodem
Quo plebs modo, nec ab rudi
Parum sapiens discrepat,
Ad hoc interest uir ne pelasgus, an
Barbarus os recludat.
Ibi autem simul ac fuit
Finis, appositumq;
Satis erat locutus,
Mora nulla manum manui Rex

Iungit atq; lumine
Conſpicatus amico
Pauca ſubdidit bonus,
Fata ſi dederint
Mea, & Deus, gerenda pro quo
Mihi hæc bella, quæ uides
Vndecunq; iam parata,
Te patrias in domos
Volo ego repoſitum:
Fide dexteræ meæ.
Datam tempſerit niſi manum
Homo perfidus quis, in uetera te
Breui refero regna tempore.
I uua conſilijs tuis
Me interim, neq; caſtris
Latereq; hoc recede:
Mihi præcipuos eris inter
Rex prius Neapolin,
Iure quam ueteri urbem
Gallus eſſet uult ſuam,
Hoc ſtudebat eam
Ne haberet hoſtis, idq; nimbus
Facit uix aheneus,
Cum ſtatim potentiam auctam
Clam ueriti, fœdera
Noua ſocij ineunt,
Mente principes leui,
Parum eheu fides hominibus
Siniſtra inſtitutione colitur,
Sit ut mala neceſſe mox pati.

Redire igitur immerens Rex,
Aliamq; mentem
Habere cogitur, militiam dum
Recreet, & hostibus robora apparet
Timenda magis, cæterum deabus
Secus lanificis, Iouiq; sederat,
Nam uix patrium attigit solum
Casus per asperos,
Cum lumina fato
Augusta claudit effero,
Sonora ululato omnia
Relinquens suis, Laschari maxime
Cui nitida occidit spes.
Simul quam tamen excitat
Postea Ludouicus,
Noua ubi sceptra sumpsit:
Etenim tua cognita uirtus
Te iacere non tulit.
Ergo mittere ad urbes
Italas, labantium
Robores qui animos,
Et in fide colas manentes,
Quod haud quisq; onus ferat,
Ille sed labor quoq; auram
In tenuem euanuit,
Lachesis etenim & hunc
Eripit nimis cita.
Dolorem dolore cumulans;
Adest tertius, parem tibi animum
Iubetq; habeas, amatq; te,

M *inatur: sed agitq; dum*
Multa pulchraq; rerum
Modo tuo Leone,
Modo sospite fratre Leonis
Experitur omnia
Hactenus Ioue *iniquo.*
Irritæ ergo quod moræ
Pectus exstimulant,
Grauisq; deterit senecta
Vigorem usq; feruidum,
Ocio dicas beato
Quod superest temporis
Studiaq; melius
Ad priora te refers,
Quirini in uirente tumulo
Nitor qui loci antea quoq; tibi
Solebat animo esse maxime.
L *ocus quis etenim tumultu*
Vacat urbis æque?
Vt urbs frequens & oracla Rodulphus
Bibit ea, cultor ille intimus sacri
Chori Aonidum, *arcane scita quarum*
Iugis ex Heliconos *unus oppida*
In nostra tulisti, ubi solum
Natale barbarus
Victor rapuit ui,
Et regna nobiles sua
Male heu fugiunt Lascares,
Sed o nenias Pieri *quid cies?*
Quid refricas dolorem?

LATINO IVVENALI.



Agnas regum aulas homines plerunq; frequentant
Diffusi liuore malo, inuidiaeq; uenenum
Pectore gestantes atro, qui semper id instant,
Vipereo afflatu contingant hunc feri, & illum.
Hoc ego dum mecum reputo, persuasus amore
Nostro perueteri: nam tu me semper amasti,
Quae facilis natura tua est, animusq;, Latine
Optime, & officijs, iuuisti; pectore seruo
Quae memori, neq; te nobis obliuio uellet,
Optata liceat uesci dum luminis aura:
Institui ante omnes carmen tibi tradere nostrum,
Quod dulcē ad Citharae strepitum, Thebanaq; fila
PAVLO concinui, magnae dum gratulor Vrbi,
PAVLO supremum uirtus cui nuper honorem
Detulit, & triplici crines innexuit auro;
Laetitiam unde omnes fundunt, & gaudia: nā quis
Sepositis adeo traducit tempora terris,
Vt Solem, radiosq; nouos, & pulchra diei
Tela renascentis, hilari non corde receptet?
Quae mihi lux animum suaui percussit amore:
Vnde nouum increpui carmen testudine sumpta,
Ausus in Italia natus, propterq; fluenta
Eridani, sacrum Dirces haurire liquorem,
Et patria externis adiungere uerba choreis.
Non leue onus: neq; enim triti nos ducere calles

Huc possunt: aliud iuga per Parnasia nectar
Vestigo, neq; difficilis me semita terret:
Hoc autem male nonnullos habet, ut sit in omni
Semper laude, rudes arcanæ rupis: id ergo
Mœrent, si cui monstrat iter Pimplea, nec ante
Cessant bacchari, quàm cuncta euersa relinquent.
Quid uero tandem? quam culpam infligere certant?
Nota sit ut tibi res omnis, crimenq; repellam,
Aures his (aiunt) nondum assueuere Latinæ,
Hos Flaccus numeros, hos contempsere poetæ,
Quisquis Romanas Museo pectine uoces
Molliit in cantum, citharæq; aptauit eburnæ.
Audisti? quasi non liceat quicquam addere partis,
Et quæ maiores liquere intacta, uetemur
Ipsi inuadere, nec planta signare recenti
Possimus terram, & uestigia figere nostra:
Præsertim ostendat uacuos cum Græcia campos,
Atq; inuitet adhuc integros carpere fructus;
Si ferat intro quis se se, duretq; laborem,
Quem fugiunt, peiusq; nigris serpentibus horrent,
Ignaui à tectis uersu discedere notis.
Ire opus est mare trans altum, formosáq; rura
Visere: quæ quanuis cingantur uepribus hirtis,
Densior & sepes defendat uimine acuto,
Musa tamen fauet ingenijs, & tenta recludit
Mœnia paulatim, si te non deficis ipse.
At Flaccus non hac potius se fronde coronat:
Contemnit'ne igitur ramos, qui fontibus umbram
Obtendunt lætam ueteris prope mœnia Cadmi?
Pulchrum alijs aliud, studijs nec uiuimus ijsdem

Mortales, nec cuiquam uni dant omnia Parcæ:
Quod placuit, fecit. sua libera cuiq; uoluntas.
In magno ueluti prato si splendeat omnis
Florum copia, & huc nimphas Citherea decentes
Vere illecta nouo, rediit cum mensis amatus,
Duxerit, & iubeat digitos intendere sertis,
Non capiet color idem omnes. Legat illa Iacinthos,
Hæc uiolas, aliam delectet lutea Caltha,
Quosq; uolent flores addant, atq; corollas,
Nec uitio cuiq;, quod fecit, uertere fas est.
Hi uero inclamant stulti, obsistuntq; repente,
Præcepit nisi quod quisquam, decerpseris illud
Tu quoq; idem. At rauco cœlum clangore uoraces
Ceu corui repleant, sola qui per summa uolantem
Quum Iouis armigerũ suspectunt, guttura rumpũt,
At uolucrum regina humiles illudere gaudet
Alarum se remigio sub sydera tollens:
Ne tamen, hac quia sum forte sessus imagine, tergo
Crede meo celeres Aquilæ me affingere pennas:
Nec tantum agnosco, nec postulo: sed mihi sæpe
Hi bellos faciunt ludos, & rideo sæpe
Inuitus licet, interea nam & pectora ferunt,
Rideo sed tamen, & possum qua, perfero, mente.
Quid refert, his si nondum assueuere Quirites
Versibus? assuescant. quid enim uetat? an ne latinas
Vsq; adeo nouitas offendit carminis aures?
Incidit unde nouus stupor, & dementia uecors?
Omnibus ergo datur maculas apponere rebus,
Et quas maiorum nobis industria liquet,
Et quas ingeniis solers hæc reperit ætas:

Posteritas etenim nostris inuenta diebus
Plurima laudabit, quæ sæcula prisca latebant,
Nunc prandet iucunda loquax obsonia liuor.
Si, quia nata modo res est, abolenda uidetur,
Debuit hæc semper lex esse, ut opuntius heros
Calfecit lapides anima, sobolemq; nouauit
Humanam, effusis quæ nulla remanserat undis.
At fruimur multis, quæ si sublata fuissent
Continuo ex illo, quo primum tempore in almam
Ingenijs prognata hominum sunt edita lucem,
Natura indigeat, uiteq; expostulet usus
Cum superis, quod se stent multa incommoda circũ,
Cum quibus aut non nasci homines, aut illico natis
Præstiterat Lachesim uitalia rumpere fata.
Adde, potest nostris priscum nihil esse diebus
Quod fuerit nõ ante nouum, aut res tẽpore frustra
Metimur, falsoq; imis numeramus ab annis.
Tum natura uires magno nouitatis amore
Incendit, quare nequeunt consistere mentes,
Perpetuiq; agitant cognata indagine motus.
Deniq; quid nobis uetus est cum nascimur? illa
Quæ prius haud uidi, ne quicquam antiqua putabo:
Nempe mihi saltem noua sunt, in quæ incido primũ.
Fusior at sermo est, certum nunc dirigo ferrum,
Si Deli preses facilem non inuidet arcum.
Non ne fuit tempus, cum nondum cornua nostri
Bellica, tyrrenasq; tubas, & prælia scirent,
Herois complexa modis, & carmine grandi?
Nemo negat. mox descriptus quũ obtunderet aures
Romuleas clangor, ruerentq; in bella poetæ

Ausonij, & gladios tractarent, scutaq; tabo
Illita, & undantes augerent cedibus amnes.
Num regum ex tectis ploratum Musa recessit?
Musa, dedit quæ mox æuo labente Maronem,
Et Varium, atq; alios, quorũ extant nomina tãtum,
Vt nil de ingenijs demas, sed tempora culpes.
Non igitur, quanuis litui nondum ante fuissent
Auditi, nondumq; acies per carmina dictæ,
Bellantes tamen antiqui explosere camœnas,
Tunc primum aduectas mirati culmina septem
Thybridis & ripas resonare horrentia bella.
Hoc mihi iã cũ dent, nequeunt ultra addere uerbum:
Quod ualet in simili re qualibet, usq; ualebit.
Auctores utrinq; graues, & mater utramq;
Cum Musis genuit scribentum Græcia prolem.
Cætera quid memorem generatim lumina uatum,
Quiq; sophocleo suras uinxere cothurno,
Et qui maluerunt humiles inducere soccos?
Tantundem est, neq; propterea plus fecero: adepti
Cum simus punctum, medioq; insederit orbe
Aduerso cuspis, quid perdere tela moramur?
Non secus ac siquis, postquam confecerit hostem,
Et fugisse animam moribundos uiderit artus,
Nequicquam euacuet fringenti in corpore uires.
Sed cedò, mihi cur nouitatis crimen inurunt?
Vt uitium magnum nouitatem assentiar esse,
Nunquid ego peperi Flacco uel teste, quod Vrbi
Aeneadum fuerit non ante hæc tempora natum?
Quin potius quasi de stratis Musam excito longo
Oppressam somno, confectaq; puluere multo

Barbita detergo, ut carie purgata, situq;
Explorem, an poßint laudatos promere cantus.
Musica floreret cum res, quo tempore Flaccus,
Non satis audiri potuit, nec ob id, quòd inepte
Scripserit, aut multa sine doctrina, ingenioq;,
Sed Venusina modos auditu reddere blandos
Carmina quòd nequeant digitis percussa sonoris.
Quare cantorem uerbis infestat acutis
Hermogenem Vates, pugnasq; exercet amaras.
At non iudicium hoc nostrum est, neq; soluere litem
Hanc ueni demens, sed Horati limine solum
Tangere si possim, bene mi nunc atq; beate est,
Cuius ego illoto non tractem pollice librum,
Sed ueneror timidus, semperq; excerpo, fideli
Quòd scribam in mentis tabula, nec pœnitet. ergo
Me iuuat interdum citharam pulsare matinam,
Est ubi Pindarico me oblectet tibia uersus,
Acrior & sonitus rapit in speciosa uirorum
Ornamenta, animum curis sublimibus augens:
Nam bene de patria sudore, opibusq; merentes
Heroas celebrare decet: merces sua cuiq; est.
Vomere qui proscindit humum, & qui retia ponit
Alitibus, pecoriq; fero, qui flaua uirentes
Seruat per campos armenta errantia, quiq;
Prædam ex æquoribus petit, omnibus una laborum
Spes, ut latrantem poßint compescere uentrem:
At res qui gerit egregias, tunc munera factis
Digna refert tantis, nitidum cum fama per urbes
Ostendit, uectum Musarum in curribus altis.
Ter fœlix auriga, potest qui dexter habenas

Aethereo in spacio uersari, & currere coelum.
Difficile est: tamen id studio contenditur omni,
Tollam ut humo, si qui nomen gessere, decusq;:
Hoc damnant, hoc occultos illidere dentes
Absenti tentant non consuetudine pulchra;
Scilicet auxilio quoniam praesentia nobis
Esse nequit nostra, & morsus defendere nigros.
At spes magna in te posita est, non nescio quale
Alloquor ingenium, nec te pugnatior ullus
Pro ueri neq; pro iusti ratione, fideq;
Dulcis amicitiae: tum me solatur et illud,
Quamuis auertant hinc publica commoda, quòd non
Res agitur nunc indocta cum Principis aure:
Quin omnes nouit numeros, & tramite rupem
Saxoso quondam Cirrheam ascendit, & amnes
Epotus sanctos, & pulchrae frondis amator,
Qua caput implicitus pexum ludente sororum
Coetu Thespiadum carmen modulatur Apollo.
O utinam Italiae claris in moenibus essent,
Qui salebras, possintq; uias aperire latentes
Castalium ad fontem nostro sic tempore, ut olim
Feruebant doctae studijs florentibus artes,
Quum primos nondum fructus ostenderet aeui
PAVLVS, nec tenera induceret lanugine malas,
Non hos audirem strepitus, sapiuntq; poetae
Plus nostri, inuidiaq; graui minus ilia rumpunt.
Nobilis ante etenim fuit haec contentio nostris
Principibus, quisnam plures, quis nam meliores
Cogeret accitos pretijs non uilibus, omnes
Quamuis uel longo praecesserit interuallo

Laurentis uirtus Medicum: si dicere uerum
Nil prohibet, ueniamq; alijs ab regibus æquam
Impetro. pollicita est quid non florentia nobis
Dum Laurens die frueretur munere lucis?
Namq; ubi mortem obijt, patuerunt hostia belli,
Et bona turbauit placidæ furor ocia pacis.
Quocirca immeritos traxit fortuna nepotes,
Atq; hunc expunxit titulum, donec Leo casus
Post uarios, robur tenuit ditione Quiritum,
Qui subito accersit sapientum pectora Bembum,
Præcipue Bembum, ac Sadoletum æqualia sæcli
Incolumis decora: inde alios, quibus aurea pleno
Dona sinu dabat effundens, alluit quoq; Acheos
Artibus ingenuis pueros, linguaq; uetusta
Gentis, quo studia illa magis se tollere possent.
Fecerat id pater ante, fuitq; perutile, Doctor
Vnde meus. Age Musuro da lilia, manes
Lacte uoca, fletuq; pium uenerare sepulchrum.
Spero equidem iam tempus adest uoluentibus horis,
Cum simul illustris iuuenum flos instar auorum
Expedient aditus Musis, lauroq; nitebunt
Antiqua generis, magno quod fama beatas
Laurenti ferat ad sedes, lætabitur heros,
Cuius dissimulat nomen non ultimus orbis
Terrarum, non nascentis qui flumina Nili
Potat, hyperboreo non qui seiungitur istro.
Huic Diuæ primum colles Helicone relicto
Tyrrhenos habitare, atq; Arni flumen amœnum
Non dedignatæ sunt haustu ducere pleno,
Pieriosq; Italis cantus extollere in aruis.

Ergo diuersis huc turba ferebat ab oris
Se se discentum, natalia mœnia linquens:
Ingeniumq; omnes pulchra uirtute colebant.
Rettulit inter quos non ultima premia laudis,
Qui nunc imperio beat æquo, & legibus orbem.
Qi are uel primis croceo exornatus honore
Annis, tunc tandem trabea fulgente decorus
Iliadæ solio magni subnititur alto.
Nullæ ergo ambiguis poterunt seducere dictis
Insidiæ PAVLVM, *non candida uertere furuis*
Proderit inuidiæ, qua se nihil extulit unquam
Tristius infernis, hominiq; nocentius umbris
Virtutem contra, & meliores cominus audet:
Cum uitio pax summa, & cum peioribus illi est.
Non etiam nugæ cantando pondus habebunt,
Non furti honor ullus erit: nam si Maro, uates,
Et repetant alij sua, non miretur olores
Tanquam albos, cœco fertur quòd pectore uulgus.
Ante Therepnei, quum res spartana uigeret,
Sanxere, ut cuiuis furari impune liceret,
Dum tecte id facerent; alioquin pœna manebat
Deprehensos grauior duplo, atq; infamia longe
Formidabilior pœna, quòd nemo uolebat,
Pauperis ingenij uitio, crassiq; notari:
Quandoquidem celare catus qui furta ualeret,
Huic Lacedæmonij tribuebant mentis acumen
Egregium. stetit hæc autem sententia propter
Assiduum bellorum usum, quibus utile fraudes
Moliri, dolus an uirtus quis in hoste requirat?
Vatibus hæc nostris si lex penderet, opinor

Non tot haberemus fures:pereantq; poeses
Consutæ ex fractis aliorum uersibus. O quàm
Odi ego, qui rapto carmen sibi pangere quærunt,
Præcipue uis ingenij si nulla renidet.
Aut per se scire, aut fallendi addiscere debent
Artem, si proprium nequeunt excudere quicquàm,
Qui sese cupiunt laudari ab ciuibus amplis.
At nostri Autolici perrumpunt limina uatum
Nobilium, lucet quando, uultuq; patenti,
Quòd neq; lex prohibet fatuos peccare poetas,
Ferrea nec frons: Quin uitium quoq; nomine donant
Virtutis: nam si dicas, hoc Publius ante,
Hoc dixit Flaccus, docti illud forte Catulli est,
Vt Cornix olim cultus studiosa nitentis
Pennarum se se furtiuo compsit amictu:
Tunc in se toto sibi magni pectore gaudent,
Tunc nectar fundunt oculi dulcedine pleni,
Tunc animam cernas motos gestire per artus,
Tanquàm hæc ingenij sua sint stellantia uerba,
Non horum, à quibus haud ullo eripuere pudore.
Id saltem non negligerent, ut rapta coirent
Egregie sarta, at sperabitur id quoq; frustra.
Deniq; nil sani est: huc imprudentia & illuc
Effrenis saltus, atq; æquora plana peragrat,
Donec precipiti uectorem fregerit axe.
Ferre domo est opus. at si quem natura relinquit
Iudicij expertem, calamum deponere mandem,
Et tabulas: bimarem non omnes ire Corynthum
Possumus, ut non te fallit, cui nota Latine
Sunt exempla domi, dein tu quoq; labra rigasti.

Fonte sacro, & poteras Iuuenalibus esse coruscum
Sydus Musarum, & patriæ illucessere terræ,
Nanq; tibi ingenium scribendi Phœbus & artem
Contulit, atq; Deæ non deseruere canentem,
Præsertim tua cum præcordia pasceret ignis
Formosæ Lydes, teneros quæ dicere uersus
Sæpe hortabatur, numeris & capta Latinis
Et Thuscis, quanquam est Thusco gauisa lepore
Illa magis, quem portasti tu primus in Vrbem
Romanus duplici religatus tempora Myrto.
At mox leuorsum maturos edere fœtus
Cum nondum posses, pietas & fata sororis
Atros in rerum fluctus, & tempora dura
Ignarum maris abstulerunt florente iuuenta.
Hic uero ambages longæ, & diuersa pericla.
Verum hyemem quanuis tetram, passusq; fremētes
Sis pelagi cumulos, & monstra minantia fauces,
Attamen excepit patrius te portus ouantem
Puppe coronata, & sonuerunt littora plausu.
Quin & parta tibi ex cursu, horrisonoq; fragore
Curarum patrio sapientia nomine digna:
Quæ PAVLVM *non præterijt. Vix ergo Tiaræ*
Accœpit decus, & magno regit omnia sceptro,
Cum salis Adriaci dominam te mittit ad Vrbem,
Vt summis de rebus agas, atq; ipse Senatum
Consilijs constantem, opibusq; & robore gentis
Fœderibus firmes, & nodo pacis aheno.
Hæc igitur nunc conficies: Sed læta reuersum
Excipiet quum Roma pedi dantem oscula sacro,
Molleq; tempus erit post tanta negocia, Vatem

Laudabis Domino, & nostrum te carmen habere
Interea dices: tum si subriserit ore
Pacato, & fuerit uisus tibi poscere, reddes.

ANDREAE CORNELIO.



Ndrea, cui maternũ genus atq; paternũ
Attulit incolumis lõgũ seruata p æuum
Nobilitas, qd te externa ĩ regiõe minari
Auguror, & Euganæ fueris cum red=
ditus urbi?
Vnde æger siquid mentes ego discere possum
Ex hominum facie, modo decessisse uideris
Iacturam ueritus studiorum, adeo tibi curæ
Quæ sunt, ut reliquis præponas omnibus unam
Virtutem rebus, duplicem ut mereare coronam,
Quòd durum inter opes tantas, ubi tota renidet
Argento domus atq; auro, luxuq; potenti,
Quid falsum uero, quid'ue album discrepet atro
Querere, ante pedes extructis undiq; chartis
Malle uoluptati egregium præferre laborem,
Præsertim cum sint, (patitur fortuna quod ampla)
Qui iuuenem obliqui rapere in contraria certent.
Verum illi nequeunt conatu abducere pulchro.
Ac ueluti quercus boreis alpina resistit,
Pulsa licet summa contingat sæpe flagello
Tellurem, iam iamq; putet dare quisq; ruinam
Qui uidet, & montem ramis implere caducis,
Illa adeo obsistens uentos contemnit & imbres,
Sic pugnas, firmisq; adeo radicibus hæres
Immotus, nec te fallit sapientia, quantum

Præstet, & ut uiuax cœlum dum sustinet Athlas,
Sola pererratis homines admisceat astris.
Ergo nocturnus libros uersasq; diurnus,
Libros, unde animum informes, meliorq; recedas,
Imprimis docuit uirtus quæ dia Platonis,
Quæq; etiam nobis post illum scripta reliquit
Summus Aristoteles, manibus deponere nescis,
Non tamen ut spernas ultorem patris Orestem
Noscere, & Aiacis Tecmessam fata quærentem,
Sæpe etiam stomacum impigri miraris Achillei,
Et dum Thelemaco Pylius dux cæde peractum
Bellum incredibili narrat, curruq; sonanti
Dimittit Spartam, multo te incendit amore,
Et merito: nam non modulatur futile uates
Diuini quicquam, sed dulci seria lusu
Apportant, suauemq; linunt grauitate leporem,
Deniq; non croceis loris & ueste libelli
Purpurea, nec librarij multa arte magistri,
Atticus in studia incumbis, nosterq; decora:
Verum tota tibi est insummere tempora chartis
Vnum opus, ut si, præterea quid contigit illud,
Confestim mœrore animum conturbet acerbo.
O fœlix animi iuuenis, cui Palladis artes
Sunt adeo cordi, & nihil est antiquius illis,
Quas nunc deseris, atq; uiam celer ire iuberis,
Difficile in campo ceruam prostrasse patenti
Assuetum siluis Catulum, prædæq; fugaci,
Sed patruo tanto quis non obtemperet amens?
Purpureo inter patres fulgente Senatu
Quem Roma accœpit, dum tandem censet honores

Virtuti dandos summæ, ingenijsq; paratos?
Quid quod amat te, nec patri concedit amore,
Quamuis nemo suo sit patri filius æque
Atq; tuo tu carus, habes & pignora certa,
Quòd factum te pontificem iam tota salutat
Brixia, spes & maiorum est, si forte regatur
Ipsius auspicijs olim præcelsa Quirini
Vrbs, mandetq; suis populis iura ille cupita:
Verum his Dij præsunt superi, quod fata iubebunt,
Illud erit. quin tu declaras gaudia præ te,
Quando ut præteream conspectum atq; ora serent
Principis, offertur non contemnenda uoluptas,
Atq; etiam uotis sapiens quam tu omnibus optes,
Quæ non una erit & simplex: inuisere primum
Contiget tibi Flaminium, dulciq; tenere
Egregiam complexu animam, cum intraueris altæ
Mœnia Veronæ: nam nunc se continet illic
Giberto gerat ut morem. primum ergo uidebis
Flaminium, dein Frastorium, reliquosq; Latini
Sermonis, si quisquam alius Græciq; peritos,
Collegit quos Gibertus post urbis omissas
Curas, & tanta postquam se mole leuauit,
Quin & sublatis accurret Turrius ulnis,
Lætitia plenum ille ferens uultumq; animumq;,
Non minus ingenium cui est nobilitate, nec ortus
Magnis, non proauos tantos uirtutibus æquat.
Ipse etiam te cognoscit Gibertus, amatq;,
Nec nihil aduentu ueteris gaudebit amici,
Atq; aliquid studium grauius, frontemq; remittet,
Hoc tibi concedens uni, & fortasse uirentes

Illos per colles ducet, fluctusq; cientem
Benacum adriacos cernes, & littora circum,
Frondea perpetuis folijs, quæ frigore & æstu
Mala ferunt uulgo pendentibus aurea ramis.
Eia iter ingressus pulchrum, ne danna uerere
Ulla futura. urbem Troiæ qui cæpit, ab usu
Est habitus prudens longo, & sermone uirorum
Quales exposui, aut etiam fortasse minorum.
Præterea non magna tuis, ita censeo, possunt
Exigui portare dies dispendia Musis.
Quin contra melior studijsq; paratior Aprilis
Ad nos te referes, & libros mente refecta
Noctes atq; dies euolues acrior. o quam
Non unquam assiduas iuuat intermittere curas,
Et longos grata requie finire labores.
Præcipit & natura uices: nec flamina semper
In terræ gremium ex alto uoluuntur olympo,
Nec semper blandos per roscida prata Napeæ
Vngue legunt uiridi flores, & curuus arator
Depellit iuga taurorum e ceruicibus, atq;
Reddidit ut fessis solitis præsepibus, herbam
Sufficit, & manibus sudorem abstergit amicis:
Vt cum se extulerit glaucis aurora quadrigis,
Restanti sulcos infindat crastinus agro.
Quod fieri secus haud poterat. reuoca ergo libēter
Andrea defessum animum, pareq; iubenti
Fato alacris. nos interea te carmine cælo
Tollemus, siquid contingit nectare lusus
Musæo nostros Clio, cui rite uocatæ
Nuper Medoaci ripam madefecimus agna.

Sæpe tuum nomen repetentes audijt unda
Vicinusq; iugo respondit Teplus amæno

LVDOVICO BECCHADELLO.



Ecta fuit postq̃ tua dulcis epistola nobis
Ante oẽs dilecte mihi Ludouice sodales,
Ex qua te lætum didici recteq; ualẽtem,
Excepto, desiderium quòd nõ bene ferres
Nostri, nec posses mordacẽ euellere curã:
Hoc unum tibi præterea nil deesse quod optes:
Non potui id ualde non angi. namq; fatebor,
Ante quidem me cura, minor sed cura premebat,
Quòd non aut hic tu simul esses, aut ego Iani,
Vel quia me docuit fortuna, & serior ætas
Ferre malo assuetum quicquid contingat acerbi,
Vel quoniam se noti alij ueteresq; nouiq;
Adglomerant lateri nostro, intereaq; leuamur,
Sicq; importunas nugando fallimur horas.
Verum ubi quæ scribis nobis sunt cognita, sensi
Illico deuinctum grauiori uulnere, meq;
Tam mœrore tuo percussum, ut nempe puderet
Quòd mihi non esset tecum pars æqua doloris.
Quare incusabam nostris obstantia uotis
Primum fata, & tam diuersos esse querebar
Alloquijsq; carere & consuetudine nostra,
Temporibus qua nulla fuit iucundior ullis:
Nam quæ tam cõiuncta animis quæ pectora cernas:
Quæ uis nulla, queat nullum dissoluere tempus?
Post tamen ad se animus redijt, casusq; ferendo

Vincere constitui quot quot fortuna tulisset:
Namq; Deis uisum superis, ut luce fruamur
Raro alba, tenebris sæpe obuersemur ut atris,
Quo deinde antiquis oculos defigere chartis
Contractum & libros noctes uersare diesq;
Ni numerum fugimus gnaui eripimurq; popello,
Nil quia moræ in studijs prosunt longiq; labores,
Quos ferimus, ueræ quicunq; cupidine laudis
Incensi sequimur quo nos sapientia ducit.
His ego fomentis me solor, & explico frontem
Sæpe mero, uiridi caput incingente corona,
Ergo & tu immeritum solues a corde dolorem,
Spargereq; audebis flores, & poscere Bacchum,
Spumantem attollens pateram me sæpe uocabis,
Absentemq; absens animo præsente reuises,
Corpora si nequeunt spatijs disiuncta coire.
Sic ego sæpe ratem conscendo, & nauigo fluctus
Adriacos, uideorq; istis allabier oris,
Et portum ingredier tandem, & succedere tecto,
Quo simul adueni, multa impertire salute
Cosmum & te uideor, multa impartire cohortem,
Tu post complexus lætos, post oscula læta
Ducere sermonem, & cœnam quã longa, p oẽm
Ridere, & iuuenum Pataui ut discestis ab urbe,
Nobilium studia & curas aperire decoras,
De quibus accipies, quoniã hoc quoq; scire laboras,
Nosq; tibi officium merito, & præstamus amorem,
Accipies non multa; uetor nam scribere multa
Tempus ob angustum, & maiora negocia, sed ne
Tu diffide tamen dictis, ne uc. abijce nostram

Hac de causa operam, naso aspernatus adunco,
Te tanquam uoti sim dimissurus inanem.
Magna sitis cōpressa breui persæpe lagena est,
Sustolluntq; etiam scintillæ incendia, forsan
Sponte sua e uerbis nostris consurget abunde
Commoditas, reliquum possis mox tradere ut orbē
Ipse tibi, quāuis apices ego legero summos.
Naturam certant omnes, elementaq́; rerum
Discere prima, quibus res quælibet informatur,
Subiecta, est habitu postquam nudata priore,
Omnia uestigant, siue immortalia nostris
Se se oculis præbent longum spectanda per æuum,
Debita seu nigræ cernuntur corpora morti;
Protulit æthereas uoluens quæ tempus in auras,
Scilicet unde imbres fiant, cœlum unde tonantes
Sustineat currus, micet æther unde coruscis
Ignibus, hæc studio conantur noscere summo,
Addunt quæ nam herbas submittant prima uirētes
Semina, quæ nam altis educant montibus alnos,
Addunt quid gēmæ & marmor, quid fulgeat aurū,
Argentumq; decus cœnarum, & sumptibus aptum,
Quidq; æs inuentum prius, & post lamina ferri
Quæq; greges auium pictos, quæ causa ferarum
Omne genus, piscésq; maris quæ causa propaget.
Est etiam ipsis curæ primordia nostra
Discere, & humanam penitus cognoscere gentem,
Curq́; homines præstent alijs animantibus usu
Sermonis, cur iudicio & ratione potiti,
Cætera cum careant animalia lumine mentis,
Præterea innumeris decoret fulgentibus astris

Quid cœlū, & curant geminos quid torqueat axes,
Curant errantumq́; globos, signisq́; decorum
Solis iter uarijs obliquo tramite mundi,
Et Solis consanguineam splendescere Lunam.
Est ubi, nonnunquam mirantur lucis egere,
Deniq; quid rerum ualeat natura creatrix,
Et quid ferre neget studijs æqualibus ardent
Corripere, & nitida crinem insignire corona.
Attamen hos agitat dispar sententia, censet
Esse uias alias tentandas Barbarus, huic nec
Accedit laurens, nec uestri dia macigni
Virtus, hæret adhuc partes Boldunius utras
Laudet, quisq; tamen puras accommodat aures
Egregijs Genuæ dictis, & percipit artem.
Iam sat habes pulchri quid agat studiosa iuuentus,
Cum qua communem Musarum e fontibus haustum
Ducebas, quum te colles Cosinumq́; tenerent
Euganei, Cosinum, quo non præstantior alter
Condere seu liquidum dulci testudine carmen,
Seu sermone opus est aliquid narrare pedestri.
Quem uerbis primum nostris saluere iubebis,
Deinde Casin, si forte casis se contulit istuc,
Vrbis lassus, & ut carós inuisat amicos.
Viue, Valeq́; memor nostri, mandataq́; serua.

IO. BAPTISTAE

AMALTHEI.

ECLOGAE, ELEGIAE,

ET EPIGRAMMATA.



IS Deploratam in ſyluis, nemorumq; latebris
Dicemus Lycidæ Muſam: quem flumina circum,
Quem fleuere ſuo ſpoliati gramine colles.
Tu modo, cui patriæ aſſurgunt iam libera regna,
Aureaq; æterno reuocantur ſæcula mundo,
Coſme ades, & noſtris nũc primũ allabere cœptis.
Ipſe tibi Pario ponens de marmore templum
Graminea in ripa, qua Tuſcus labitur Arnus,
Velocis quondam inſtituam certamina curſus.
Illic uictor ouans, & præmia debita laudi
Accipiet, populisq; ſuos teſtatus honores,
Victrices referet Tyrrhena per oppida lauros.
Interea agreſtes ne dedignare Camœnas.
Pallida cedebant uenienti ſidera Soli,
Cum Lycidas iuſſus terras luſtrare repoſtas,
Effudit miſeros extremo hoc carmine queſtus.
Formoſi colles, & nymphis cognita rura,
Et liquidi fontes, atq; addita fontibus antra,
Syluarumq; ualete umbræ: quæ dulcia nobis
Otia, quæ charos olim peperiſtis amores.
Iam me complexu eripiunt fata impia ueſtro,
Vt uideam iratas errantia monſtra per undas,
Deſertoq; iterem mœſtos in littore queſtus.
Quod ſi quando ima audiſtis ſub ualle canentem
Paſtorem Lycidam, teneros dum paſceret agnos:

Idem si tenui uobis allusit auena:
Hoc saltem uiridi signatum in cortice carmen,
Suspensamq; sacra lauro defendite auenam:
Quam non ulla dies superet, non ulla uetustas.
Hinc ego ad ignotos salus, & uasta Pyrenes
Rura uocor (quis enim tanto caruisse recessu,
Et se se dubijs committere fluctibus ultro
Crederet ah miserum Lycidam?) feliciaq; arua
Deserere, & notis cogor decedere syluis.
Ipse igitur pecudes alio sub sole requiram:
Externasq; petam diuersa per æquora terras.
Nec mihi iam blando decurrens murmure riuus
Herbarum in gremio suadebit carpere somnos.
Nec teneris post hac incidam Amaryllidis ignes
Arboribus, quam mille greges comitantur euntem:
Quæ mecum inter oues, atque inter opaca salicta
Suerat odoratis intexere Lilia sertis,
Aut defessa leui componere membra sopore.
Ah dolor, & patriæ fines, & commoda curis
Parta meis, semperq; uirentia prata relinquam:
Scilicet ut surdis iactem lamenta procellis,
Et patrias medio suspirem in gurgite sedes.
Me non excipient herboso margine ripa:
Non salientis aquæ gelida sub rupe susurrus,
Non dorso nemoris solabitur aura iacentem.
Spirabant dulces zephyri: spirant bus illis
Cantabam, quo sole pyrum, quo sidere uitem
Insererem, & certis mandarem semina sulcis.
Vos ueris comites auræ, Diuumq; ministræ:
Quandoquidem cœlo infertis mortalia uota:

Vos placidæ saluete auræ: mecumq; per æquor,
Atque per insuetos mecum decurrite campos.
Huc gemitum, & nostras referetis sepæ querelas:
Quas fors accipiat madidis Amaryllis ocellis,
Et nostri desiderio crudelius ardens.
O' mihi si ueteres recolens Amaryllis amores
Illacrymet, si sollicito suspiria corde
Ducat, & insanis reuocet me tristis ab undis:
Forsitan indignos terræq; marisq; labores
Hinc tandem querar: & uacuo resupinus in antro
Te fugiente die, te decedentibus astris
Tum amarylli canam. sed iam his diuellor ab agris.
Rura ualete iterum: sic uobis mella genistæ,
Sic inarata graues tellus effundat aristas:
Pabulaq; ut longo tondent sub sole iuuenci,
Exigua sic nocte nouis ros uestiat herbis.
Aurea mala prius sterili nascentur in alno;
Atq; inculta ferent mites dumeta racemos,
Quàm uestri curam abijciam. tamen altera rura
Ipse colam audaci permensus cærula pinu.
Ergo & oues custode alio per pinguia prata
Errabunt, pastæq; simul caua in antra redibunt.
Tu uero spes fida gregis, quæ nam arua pererres
Infelix aries? quis te in conualle reducta
Nunc molli uiola, croceis nunc floribus ornet?
Gramineosq; toros uiridi de cespite ponat?
At uos ò lauri, quarum fragrante sub umbra
Et nostra insolitis caluerunt pectora flammis,
Nostraq; Mœnalios meditata est fistula cantus:
Sic uer assiduum foueat, ne frigora lædant,

Ne'ue unquam læto rami spolientur honore.
Ipsi etiam auratis assurgant cornibus amnes
Supra Indũ, et Gãgẽ: lachrymis quos sæpe profusis
Auximus, & nostro late succendimus igne,
Cum me ad delicias formosa Amarylli uocares.
Nunc uero, quoniam Superi tot gaudia nobis
Inuidere, trucis tentare pericula ponti,
Et Pyrenæo considere uertice certum est.

ACON. II.



Qui Dictæi statuat me in uertice montis,
Aut fortunatos Erymanthi sistat ad amnes:
Vt saturis panacẽ calathis, ut molle cyperum,
Dictamumq; legã, & fragrantia germina myrrhæ:
Et releuem infirmos artus languentis Hyellæ.
Illa quidem uix ægram animam sustentat anhelo
Pectore, & indignis singultibus interrumpit.
Nec uis ulla potest sæuum lenire dolorem.
Illam etiam lachrymantem, etiam sua fata querentẽ
Stellarum uigiles ignes, & primus Eous,
Et Sol Hesperias uidit deuexus ad undas.
Sol pater, æterno cœlum qui lumine lustras,
Et quæcunq; parit tellus, uegetasq; foues q;,
Affer opem, & mœstam auxilio sclare puellam.
Iam tibi Acon teneras uicina ad flumina lauros
Inseret: atq; ut nil unquam surgentibus obstet
Frondibus

Frondibus, auertet glaciem, & defendet ab æstu.
Has tibi Acon. at si macies, si pallor Hyellam
Liquerit, & niueos decorarit purpura uultus,
Ipsa feret, cum uer nitidis se floribus ornat:
Ipsa feret, & mites cum stringit uinitor uuas.
Scilicet, & uiridi in ripa, quà se hospita densis
Extendit ramis arbos, altaria ponet,
Semper flore nouo, semper quæ uestiat herbis.
Illic agrestum chorus, & uicinia ruris
Sacra feret, supplexq; tuos cantabit honores:
Straueris ut quondam iratis Pythona sagittis,
Tinxeris & fœdo uictricia tela cruore.
Mille tibi aeria pendebunt spicula quercu,
Mille arcus, atq; apta suo uenabula ferro.
At uos, quæ nemora, & rorantia fontibus antra
Incolitis nymphæ, uestras si sæpius aras
Verbena, primisq; rosis donauit Hyella,
Et dedit aureolis insignia serta corymbis,
Vos ferte Eoos ditantia cinnama lucos,
Felicemq; Arabum messem, Aßyriosq; liquores.
Vos ægram refouete, & tristes pellite morbos.
En uirgo, exanimis uirgo tabescit: & ille,
Ille decor roseo iamiam defloruit ore.
Qualis purpureus secreta in ualle hyacinthus,
Quem mater tellus aluit, gremioq; receptum
Eduxit largo rore, & felicibus auris:
Si cœli inuasit uitium, aut immanior Auster,
Paulatim læto formæ spoliatus honore
Deficit, & moriens arentibus incubat herbis.
Nunc etiam insuetos testantur rura dolores,

Et desolatis squalescunt pabula campis.
Pro uiola medijs horret paliurus in agris:
Candidaq́; inflexo ceciderunt Lilia thyrso:
Et nulla irriguas pingunt uacinia ripas:
Et desunt nemori frondes, & gramina pratis.
Fons quoq; desiliens prærupti tramite cliui
Contraxit liquidas nunc terræ in uiscera uenas.
Et desiderio formosæ accensus Hyellæ,
Vix fertur tenui per leuia saxa susurro.
Abde caput miserande, & fracta turbidus urna
Muscoso occultare situ, cæcisq́; latebris:
Non ò, quæ uitreis tecum colludat in undis.
Abde caput miserande, cauoq́; inclusus in antro
Et lucem indignare, & aperti lumina cœli:
Non ò, quæ blando currentem carmine sistat:
Non ò, quæ dulces latices dulci hauriat ore.
Crudeles morbi, uestro de semine labes
Insedit roseisq́; genis, roseisq́; labellis,
Deiecitq́; decorem oculis: & sæuior eheu
Ingruit, & miseram syluis auertit Hyelam,
Ah ne dira lues contagia proferat ultra:
Ah ne artus ultra, pallentiaq́; occupet ora.
Parcite iam tenerisq́; genis, tenerisq́; labellis:
Et color, & pulchræ redeat sua gratia formæ.
Tu uero mea Hyella, meæ pars altera uitæ,
Pone metum. en tibi Pœonios fert munera succos
Ipsa Pales, alacresq́; ferunt sua dona Napææ,
Costumq́;, illyricamq́; irim, uescumq́; papauer:
Quorum ope & effæto fugiant è corpore morbi;
Et placidus fessis abrepat somnus ocellis.

Iamq; pedem in syluas referes, notosq; recessus:
Aduentuq; tuo fonti cursum uberis undæ,
Et nemori frondes, & pratis gramina reddes,
Et fœcunda nouis ridebunt frugibus arua,
Et tibi odoratos submittet terra colores.

CORYDON. III.



N iterum me rura uocant, dulcesq; recessus,
Et iuuat agresti meditari carmen auena
Propter aquam, umbroso qua lenior aura salicto
Murmurat, & liquidis Athesis circumfluit undis.
Tu quoq;, dum magnus tibi suggeret otia Cæsar,
Madruti heroum genus, & Dijs æmula proles,
Pastorum assuesce hospitijs, atq; arboris umbræ.
Hic passim in molli ponent altaria ripa
Agricolæ, & plenis statuent conuiuia mensis,
Vt tibi lacte nouo libent, & pinguibus agnis:
Solennesq; ferent pompas, ne sidera Diuis
Inuideas: sed & ipse hominum iam uota secundes.
Ergo ades, & tenuis lusus ne despice musæ.
Na fortunati moles ubi celsa Tridenti
Tollitur, hæc uacuas Corydon iactabat ad auras,
Felices Auræ, quæ circum roscida culta
Mollibus incinctæ Zephyris, & uere perenni
Aeternos alitis flores, & amœna uireta:
Vobis Idalia è myrto, ac Peneide fronde
Constituit lucum, uiridiq; è cespite ponit
Septem aras Corydon muscosi fontis ad undam.

Vos lenite æstus, atq; alludente susurro
Mulcete ardentis radiantia lumina solis.
Sic nunquam uestros obscurent nubila cursus;
Sic tellus uobis, sic uobis rideat æquor.
Iam syluas mea Nisa colit, iam cincta pharetram
Audet obire nemus, celeresq; auertere damas:
Nec timet ingentem clamore impellere ceruum.
Inuideo uobis Auræ: aspiratis eunti,
Illa petit montes, & inhospita lustra peragrat
Venatrix arcu insignis, leuibusq; sagittis.
Et siue aeriæ lustrat latera ardua rupis,
Seu uastos nemorum saltus indagine cingit,
Vos fidæ comites estis, sociæq; laborum.
Audax heu nimium, solos errare per agros,
Et summa intonsi superare cacumina montis
Haud tutum est. hic toruus aper cõsurgit in armos:
Multa hic monstra acuit rabies, & dira cupido.
Multæ hic insidiæ. non est Dea nescia fraudis,
Quæ uiolas, Siculaq; tegens noua serta sub Aetna
Infelix rapta est horrentes Ditis in umbras:
Infelix timuit manes, & tristia regna:
Infelix late ardentes exhorruit amnes.
Tu quoq; sæue Aquilo per deuia rura uagantem
Arripuisti auidis complexibus Orithyiam.
Sæue Aquilo hinc auerte dolos, & flamina pone.
Vos uero tenues animæ, rorantibus alis
Et cœlo regnate, & iniquum arcete calorem.
Inuideo uobis Auræ; uos carmine blando
Detinet, & roseis exceptat Nisa papillis
Aut gremio herbarũ, aut uacuo proiecta sub antro.

Illic & nostros secum meditatur amores.
Assurgunt syluæ, & tacito stant gutture circum
Intentæ uolucres, & cursus flumina sistunt,
Dum canit, arridet pleno tum lumine cælum.
Nunc intertexto uacinia pingit acantho,
Nunc gaudet niueis cultum uariare ligustris,
Nunc etiam gracili calathos detexere hibisco.
Quòd si languentes somno declinat ocellos,
Paulatim rapido fessam refouetis ab æstu:
Et læto ambrosios motu spiratis odores.
Inuideo uobis Auræ: lustratis opaca
Syluarum hospitia, incustoditosq; recessus:
Et nostis, quo Nisa iugo, qua ualle resìdat.
Illa quidem duris se se uenatibus aptat,
Cum matutino perfundit gramina rore
Lucifer, atq; auium resonant concentibus agri.
Sed prius, inflexo quàm lucos tereat arcu,
Arbuteis aries euinctus cornua sertis
Florētem ad cytisum, atq; ad pabula nota uocatur.
Fortunate aries, te non felicior alter:
Non qui per tumidas aurato tergore Phryxum
Vexit aquas, & nunc formosa inter micat astra.
Te uirides hederæ, te mollis amaracus ornat.
Et modo lasciuo detondes pascua morsu
Assuetus campis: placidi modo sibila uenti
Excipis, & pulsæ miraris murmura syluæ.
O, ego si possem niueo tua uellera dorso
Induere, & patulæ prætendere cornua fronti:
Cum se nocte demum prædis onerata cruentis
Nisa refert, & te consueta ad septa reducit,

Tunc mihi porrigeret ferrugineos hyacinthos,
Ridentesq; crocos: tunc oscula dulcia furtim
Virgineis ferrem manibus: lætusq; petulco
Prosequerer cursu properantem ad tecta puellam.
At uos ò magno natæ Ioue, uos ego multa
Sæpe prece, & uario uenerabor munere florum
Felices Auræ, quæ circum roscida culta
Mollibus incinctæ Zephyris, & uere perenni
Aeternos alitis flores, & amœna uireta.

SARNVS. IIII.



Has inter salices uacua proiectus in umbra,
Dum placidæ spirant auræ, pronisq; susurrat
Flumen aquis, miseros Sarni meditabor amores:
Vtq; suo lachrymans de nomine fecerit amnem,
Has inter salices referam proiectus in umbra:
Tu mihi: seu ueteres miraris Tybridis arces,
Annue, Mænaliam non aspernatus auenam:
Ipse tibi (nisi fata uetent) incognita mensus
Aequora, & optata quondam tellure potitus,
Tercentum Adriaco deducam è littore puppes,
Certantes cursu puppes: ostroq; decorus
Victori pretium statuam, & noua munera ponam
Stans celso in scopulo, ac nautas procul ære ciebo.
Nunc uero Cerume humilem ne despice musam.
Nanq; olim gelido fessus successerat antro
Sarnus, & argutis complebat saxa querelis,

Lyriopen frustra per deuia rura secutus;
Lyriopen, qua nec melior, quæ flecteret arcus,
Nec fuit intacta præstantior altera forma.
Viderat hanc male sanus amans sub uolle iacentem,
Vt forte accliuis gremio consederat herbæ;
Viderat, & subitum defecta per ossa furorem
Corripiens, tacitoq; dolos in pectore uersans
Explorabat iter, facilesq; ad furta latebras.
Illa ubi se uisam agnouit, iam conscia fraudis
Erubuit, totosq; repente expalluit artus.
Atq; exosa uirum, & uolucri pernicior Euro,
Præruptos superat montes, & inhospita lustra.
At Sarnus, quanquã & senio genua ægra labãt, et
Diffugiens uirgo saltus euaserat altos;
Lyriopen tamen insequitur spe captus inani.
Quem postquàm inualido sensit confidere cursu
Aerijs assueta iugis, & credita certæ
Nympha fugæ, summa è specula se ostentat amanti:
Brachiaq; enudat puro candore recentes
Excessura niues, quas nec uiolauerit æstus.
Interea impatiens exuritur acrius heros:
Ac ueluti arentes si quando decidit ignis
In stipulas, rapidæ crescunt per pabula flammæ,
Non aliter maiora senex incendia pascit.
Quid faciat? sentit grauius caluisse medullas,
Et defessa nouo succumbere membra labori.
Quid faciat? duræ superanda cacumina rupis
Prospicit, accensoq; trahens suspiria corde
Incusat deserta loci: quo candida uirgo,
Et sperata uocant solatia. tum furit amens,

Affectatq; uiam, & cursu nemora auia transit.
Iamq; alacri propior nymphæ suspirat, & eheu
Gaudia nequicquam uisus sperare, quid, inquit,
Ocyor effugias? neq; enim indulsisse precanti
Te modo pœniteat, cui sit mea forma pudori.
Me quoq; (si quid id est) Nerei pulcherrima proles
Deperit Eurynome, quæ largo nectaris haustu,
Et latis pelagi campis donaret amantem.
Illa tamen fugitura, senem ridebat anhelum:
Dum se proripiens, studioq; intenta ferarum
Quesiuit socias obscuro tramite nymphas.
Verum ubi deceptos cognouit Sarnus amores,
Infelix (quid enim tanto superesse dolori?)
Ingentemq; dedit genitum, & diuertit ad antrum,
Vastũ immane antrũ, clausumq; horrẽtibus umbris.
Illic sollicito cautes plangore replebat,
Lyriopen cum se è magno sol gurgite tollit,
Lyriopen sub nocte querens atq; irrita uota.
Ah quoties lamenta leues iactauit ad auras,
Quid lucem moror inuisam? quin uita querentem
Deseris? & tantos mauis abrumpere luctus?
Ah quoties læto spoliati gramine colles,
Conuallesq; cauæ, circumq; sonantia saxa,
Et uolucres uario geminarunt gutture questus.
Illum Naiades raucis fleuere sub undis:
Illum etiam mœstas deplorauere per agros
Examines nymphæ, desolatumq; ululatu
Impleuere nemus: uiduataq; frondibus arbos
Aruit, & nullæ syluas coluere Napææ,
Mox exhausta senis consumptaq; lumina fletu

In fontes lachrymarum abeunt. tum corpore toto
Liquitur, & uasto tadem diffunditur antro:
Et uada iam placido percurrit flumine Sarnus.

SILIS. V.


Ræuius eoo fulgebat Lucifer ortu:
Et matutina resonabant alite syluæ,
Cũ nondũ orta dies incerta crespula cœli
Paulatim soluit, magnoq; e gurgite tollẽs
Phœbus equos iã iã pallẽtia sidera cõdit.
Tum primum ecce Silis liquidis se se extulit undis
Ingentes humeros glauco uelatus amictu,
Centum cui uitreis famulantur Naiades urnis:
Pars uiolam, & uario texunt uacinia cultu,
Candidaq; ambrosio perfundunt membra liquore.
Pars etiam aurato deducunt stamine fila,
Aut saturant Tyrio Milesia uellera succo,
Cymodoce, Xanthoq;, Thoeq;, & cærula Drymo,
Atq; Ephyre, atq; Hyale, flauisq; Arethusa capillis.
Inter quas experta nouos Galatea hymenæos
Enitet, & molli componit Lilia musco,
Aut pingit nitidis baccata monilia gemmis.
In medio Silis undanti late imperat amni:
Cui toruam astringunt argentea cornua frontem,
Centenq; fluunt herboso e pectore riui.
Ille alta sub rupe iubet consistere circum
Flumina, quo iussu cursus frenantur aquarum,
Et ponunt taciti crepitantia flamina uenti.
Ipse autem canit, ut nascentis semina mundi
Acciperent diuersa suis exordia causis:

Vtq; olim induerent primas animalia formas.
Tum quæ uis montes, & cinctas mœnibus urbes
Concutiat, uastiq; agitet tumida æquora ponti.
Tum miserum Halcyonem, et cari coniugis umbras,
Demersamq; refert medijs in fluctibus Hellem.
His infelices adiungit Adonidis ausus.
Sæpe Venus puerum tristi deterrita fato
Ad tenerũ amplexum, atq; ad dulcia furta uocabat.
Parce puer syluis: sunt multa pericula syluis:
Huc ades, & mecum placido iunge oscula lusu.
Ah tibi ne rapidis urantur solibus ora:
Neu sæuo occurras densis in saltibus apro.
Ille tamen plena gestans uenabula dextra
Nunc iuga mõtis obit, nũc horrida lustra peragrat,
Sectaturq; feras: nec sera nocte reuersus
Occidit heu rabido demum confossus ab apro.
Fleuerunt nemora, & spoliati gramine colles:
Et nymphæ insolitis implerunt arua querelis.
At Dea fracta metu, & subito exanimata dolore
Deuolat, indignaq; uidens iam cæde tepentem
Ingemit, & formæ diuinum exuta decorem
Corpus inane fouet, terrasq;, & sidera damnat.
Tum canit, ut blandus uexisset Ariona delphin,
Et Methymnæos audisset ab æquore cantus.
Tum fugientem acri compellat Thesea questu:
Perfide quid solam deserto in littore amantem
Liquisti? nec te morituræ fata puellæ,
Nec te conscia mens, nec te periuria terrent?
Flecte ratem male grate hospes: da lintea retro.
Non ne uides puppim inuito contendere ponto?

Nec tantum perferre nefas? & coniuis eheu
Ad mœstasq; preces, atq; ad pia uerba reflecti?
Illa quidem male grate hospes te à morte redemit:
Illa tibi primos etiam donauit amores.
Flecte ratem, cupit insuetis obiecta periclis
Per freta cæca sequi fugientem, & brachia tendit
Credita iam iam undis, uastumq; ingressa profundũ.
Tum quercus Dodona *tuas,* Phœboq; *sacratam*
Ortygiam, Niliq; *refert semptemplicis ortus.*
Te quoque, cui Venetum *imperium debetur, aperto*
Deducit pelago: tibi subijcit ultima Thules
Littora, & Oceani *magnas promittit habenas.*
Macte animo Federice, *tibi* Neptunia *regna,*
Et quæcũque oriens lustrat, quæcunque cadens Sol,
Parebunt: orbisq; æterna pace quiescet.
Te duce, casta fides cum fecerit otia terris,
Aurea restituent concordes sæcula Parcæ:
Et præceps toto fugiet Discordia *mundo.*
Sponte sua tum perpetua flauescet arista
Campus, & Hyblæo *sudabunt melle genistæ:*
Atque impune lupis audax miscebitur agna,
Ipsæ nectareo distendent lacte capellæ
Vbera: & in medijs florebunt lilia dumis.
Ipse rubus passim miti se uestiet uua:
Assyriæq; salix pinguescet germine myrrhæ.
Tum uero placido sternentur cærula fluctu;
Nec pelago abruptas horrebit nauta procellas.
Cyaneas etiam cautes Scyllæaq; *saxa*
Percurrent tuto uolitantes remige puppes.
Felices tali rerum sub principe gentes.

Tuq; adeo felix tanto pro munere princeps.
Quid casum Phaetontis, & horrida uincula narrẽ
Andromedes? Thamyrim'ue, suo q orbatus honore,
Musarum quondam ultrices cognouerit iras?
Omnia, quæ Adriacis Proteus cantarat in antris,
Forte ut Carpathio cessisset ab æquore uates,
Ille canit. plausum ingeminant lætæ undiq; ripæ,
Vicinumq; nemus: donec se fluminis alueo
Condidit, & pronos cursus emisit aquarum.

IOLAS.



Ic te perenni picta flore gramina,
Et umbra densis explicata frondibus
Leuent beate pastor, ut nec horrida
Hyems uirẽtium arborum lædat comas,
Nec prata lætis exuat coloribus:
Prata illa regnis præferenda: quæ tibi
Tantum quietis, otijq; suggerunt.
Felix Iola, grata ruris commoda
Semper tueris, seu colis scatentia
Vireta riuis, siue sub cauo specu
Proiectus, & curis solutus omnibus
Canis, quod ipsa circum imago consonet,
Et alta reddant montium cacumina:
Felix Iola, nunc tibi fons languidum
Affert soporem blandiente murmure:
Nunc dulci amore saucius tuos nouis
Incidis ignes populis: & stipite
Crescente, dulcior simul crescit calor.
Tecum in reducta ualle grex depascitur:

Quantumq; longis solibus carpunt oues,
Breui resurgit nocte. tecum Vespere
Surgente notis clauditur præsepibus:
Astrisq; iam cadentibus, cum pascua
Lento madescunt rore, prosilit pecus
Molles ad herbas. hic tibi tunc alitum
Congratulantur cantus: hic felicibus
Aspirat auris obstrepens Fauonius.
At tu beate pastor, isto munere
Diu fruare; nec nemus, nec florida
Offendat arua frigus acre: sed tibi
Aeterno aperti uere floreant agri.

IO. BAP. AMALTHEI ELEGIAE.

AD LODOVICVM DVLCIVM.



Ic tibi florentes Dulci terra explicat herbas:
Blanditurq; leui murmure riuus aquæ.
Te Zephyri inuitant, & suauis spiritus auræ:
Et sylua argutis obstrepit alitibus.
O utinam umbroso mecum proiectus in antro
Consuetis caneres Thyrsin arundinibus.
Iam tua uicinæ sequerentur carmina quercus:
Duceret, & faciles cantus Hamadryadas.
Et rapidos ultro retinerent flumina cursus,
Altaq; uentorum murmura conciderent.

Ille autem blandæ captus dulcedine uocis,
Afferret pleno roscida mala sinu.
Aut pauidum Hinnuleum per deuia rura secutus,
Donaret charo non leue munus hero.
Tum uestros in amore animos mirata Neæra
Poneret immiti pectore duritiem.
Forsan, & ad tenerum amplexum reuocaret amātē:
Et cuperet uestras uincere delicias:
Ipsa mihi niueis ornaret serta ligustris:
Et peteret multis oscula blanditijs.
Interea gremio formosæ uirginis hærens
Possem etiam magnum sollicitare Iouem.
Nunc uero indignas cogor iactare querelas
Montibus, ac surdis dicere uerba notis.
Quales æquoreæ deserto in littore questus
Halciones fundunt, aut moriturus olor.
Nec possunt lachrymæ duram lenire puellam:
Nec nostra aduersos flectere uota Deos.
Vos testes nemorum saltus, uos flumina, quæq;
Audistis gemitus sidera sæpe meos,
Cum me Sol roseo lachrymantem uidit ab ortu,
Vidit & Hesperio proximus Oceano.
Felix, qui lento decerpens pabula morsu
Occultum gaudet taurus adire nemus.
Illum prosequitur secreta cubilia quærens
Bucula, & optatis detinet illecebris.
Siue latus niueum molli reclinat in umbra,
Et frigus densis captat ab arboribus:
Seu prærupta petit iuga, syluarumq; recessus,
Agnoscit latebras læta iuuenca suas.

Ah quoties, querulis dum implet mugitibus agros,
Illa etiam è summis rupibus ingemuit:
Et visa est desiderio tabescere amantis:
Tristis, & in nuda procubuit silice.
Et crudelis Amor cura me torquet inani,
Exercetq; nouas in mea damna uias.
Non ego uitarim perfusas felle sagittas:
Eripiam tanto nec caput imperio.
Audistíne olim Inachiæ fera fata puellæ?
Addidit heu miseræ cornua durus Amor.
Durus Amor chara Ismarium pro coniuge uatem
Compulit ardentes ad Phlegetontis aquas.
Ibat, & insueto mulcebat carmine manes
Obscura ingressus limina Persephones.
Diuersæ occurrunt facies, atq; horrida monstra:
Horrida, sed positis nil nocitura minis.
Exangues stupuere animæ: nec cerberus ora
Extulit: & stygij contremuere lacus.
Flerunt Eumenides, lacerosq; Ixionis artus
Sustinuit stabilis uate canente rota.
Tunc & inexpletis caruerunt Belides urnis:
Et Tityus nullas uiscere pauit aues.
Defunctam uita Eurydicen miserabilis Orpheus
Poscit, & abrupti fœdera coniugij.
Oranti annuerant Parcæ, ac fatalia rursus
Ducebant certis stamina temporibus.
Iamq; sequebatur chari uestigia coniux
Læta uiri, hac illum lege coacta sequi:
Nec procul amnis erat, Stygias qui diuidit oras,
Ferreaq; horrisonis mœnia cingit aquis.

Cum sociam respexit amans incautus, & eheu
Infelicem iterum perdidit Euridicen.
Ter conatus erat precibus retinere, ter arcto
Excipere amplexu deficientem animam.
Illa umbris deuota Erebi, *& morientia condens*
Lumina, mors, inquit, perdidit una duos:
Et tenebris obtenta, leuiq; simillima uento,
Traiecit uolucri flumina nigra rate.
Nec tamen orantem Lethæis Orphea *ripis*
Portitor accepit, nec noua iura dedit.
Quid faciat? raptam Euridicen *fugientibus astris*
Semper, & Euridicen Sole *cadente uocat.*
Solus inaccessas rupes, Scythiæq; *pruinas*
Lustrat, & assiduis fletibus ora rigat:
Crudelesq; Deos *conquestus, & irrita dona,*
Ingemit Eurydicen *nocte, dieq; suam.*
Quin etiã, cũ auulsum humeris caput abstulit Hebrus,
Illi extrema quidem uox fuit Eurydice.
Quid memorem Heroas? *quid cognita furta* Deorũ?
Quos face, quos arcu perculit acer Amor.
Ah miser Alcides, *post bella grauesq; labores*
Mœoniæ *extimuit uirginis imperium.*
Et potuit toties simulatos sumere uultus
Iuppiter, *& fictis fallere imaginibus.*
Quid mirum, si me primo sub flore iuuentæ
Cepit blanditijs pulchra Neæra *suis?*
Et docuit collo lentis hærere lacertis,
Et charo inuitum auellier è gremio.
Quòd si nulla mihi placarint uota Neæram,
Atq; pias surda uerterit aure preces:
Et cupiam

Et cupiam tantos leto finire dolores,
Ignotisq; tegar mortuus aggeribus:
Tu tamen æternæ mandans mea nomina famæ
Dic, Fuit heu misero dulce in amore mori.

AD LYGDAMVM.



V'ne igitur multa defessus membra palæstra
Non parces uastis Lygdame fluminibus?
Nec te cæruleo latitantes gurgite nymphæ,
Nec terrent dubiæ mille pericla uiæ?
Ah quoties, amne in medio dum brachia iactas,
Extimui, ne cui grata rapina fores:
Aut, cum perspicuis miraris membra sub undis,
Arderes formæ captus amore tuæ.
Talis, ubi Mysorum agros celsa attigit Argo,
Thiodamantæum luserat error Hylan.
Fons erat, & circum surgebat myrtea sylua:
Quam saliens liquidis riuus alebat aquis.
Quin etiam æterni pingebant gramina flores,
Fragrabatq; Arabo semper odore nemus.
Huc puer ad gelidos properabat forte liquores:
Et teneram implebat fictilis urna manum:
Vrna manum implebat uarijs distincta figuris:
Quam quondam Alcidæ fecerat Eurycion.
Illic Geryonem triplici cælauerat auro,
Et monstrum Nemees, & Diomedis equos.
Stabant Lernæi linguis uibrantibus angues,
Et terror syluæ sus Erymanthe tuæ.

Ille autem uario texens è flore corollas,
    Incustoditum sæpe moratur iter.
Nunc noua formosa decerpit Lilia dextra:
    Nunc teneris ornat serta papaueribus.
Nunc etiam placidos inuitat carmine uentos,
    Vt leuis æstiuum temperet aura diem.
Interdum auditis auium concentibus hæret:
    Tentat & argutos uoce referre modos.
At tamen prope fontis aquas incautus, & amens
    Constitit, & uanis arsit imaginibus.
Miratur nigros oculos, miratur & ora:
    Et desiderio deperit ipse sui.
Quæ te, inquit, formose puer iam fata retardant?
    Complexuq; meo sæpius eripiunt?
Quid prohibet socio coniungere corpora lusu?
    Mutuaq; alternis oscula ferre genis?
Intueor dum pronus aquas, & brachia tendo,
    Surgis, & hæc eadem tu quoq; signa refers.
Et tanquàm nostri solitus miserescere luctus,
    Confundis mœstis lumina lacrymulis.
Audierant miseras liquido sub fonte querelas
    Naiades, atq; imis exiluere uadis.
Tum puerum magni clamantem nomen amici
    Certatim cupidis corripiunt manibus.
Sed quid iam Alcides prosit, contraria quando
    Fata obstant, tanti conscia fata mali?
Illum Nymphæ arctis retinent complexibus omnes,
    Et cohibent fusis undique fluminibus.
Fulgebant nitidis argentea membra sub undis,
    Vt micat è magno Lucifer Oceano.

Solantur lacrymantem, atque oscula dulcia figunt.
Ille tamen nescit cedere blanditijs.
Interea iratusq; sibi, plenusq; timoris
Implorat crebris uocibus auxilium.
Parte alia quærebat Hylan Tirynthius *heros,*
Et planctu implebat concaua saxa suo.
Vallis Hylan *resonabat*, Hylan *nemora auia circum,*
Et consors gemitus ripa iterabat Hylan.
Tunc urgere Deos *questu, tunc omnia paßim*
Lustrare, & chari quærere signa pedis.
At puer, ut notas conatur reddere uoces,
Saxorum uastis clauditur obicibus.
Nec potis est uox ulla leues erumpere in auras,
Nec petere absentis præsidium domini.
His tua nunc primum metire pericula damnis
Lygdame, & exemplo cautior esse uelis.
Et seu luctantes sudore rigaueris artus,
Seu longam in syluis iuuerit ire uiam,
Effuge Nympharum accessus, neu crede repostis
Te fluuijs, quoties occupat ossa calor.
Et potius non ulla habeant hæ flumina ripæ,
Quam tu unquam Herculei fata sequaris Hylæ.

AD IVLIVM.



Vm mihi felices Iuli *nemus explicet umbras,*
Non alias malim quærere diuitias.
Et modo odoratas intexam floribus herbas,
Eoas uidear cogere solus opes.
Seu lætas uiridi pascam sub ualle capellas,
Mænalios recolet fistula nostra modos:

Seu defessa leui declinem membra sopore,
Seruabit tenerum pulchra Neæra gregem,
Et mihi perspicuæ sitientia diluet ora,
Riuus aquæ, & uictum mitia poma dabunt.
Quid dubio iratos percurram remige fluctus,
Expleat ut miseram lucida gemma sitim?
Ah pereat quicunque truci se credere ponto
Audet, & ignotas æquoris ire uias.
Hinc pelagi rabiem, uastas hinc nauta procellas
Sensit, & abruptis excita monstra fretis.
Cum nullæ inuitum domuissent Nerea puppes,
Aequoreas licuit sæpe uidere Deas.
O quoties niueas Tethys exerta papillas,
Natarum explicuit per freta summa choros:
Atq; ubi mortales in se conuertit ocellos,
Gauisa est fidi littoris hospitio.
At postquam audaci superauimus æquora pinu,
Cæruleis nymphæ delituere uadis.
Tum pecus indomitum spumoso è gurgite Proteus
Extulit, & tumidum iussit obire salum.
Tum crudelis hyems pauidas surrexit in alnos:
Successitq; polo mœsta cohors Hyadum.
Me iuuat umbrosos indagine claudere saltus:
Nec pudet exigua delituisse casa.
Quid mea Mygdonijs consurgant tecta columnis?
Aut rubeant ostro uellera Sydonio?
Felices olim coluerunt numina terras:
Aureaq; æternum sæcula uer aluit.
Ludebant passim Dryades per opaca uireta:
Ludebat cupido iuncta puella uiro:

Et pariter dulces assuerant carpere somnos,
Alternoq; simul nectere flore caput.
Tum nunquam obscura cinxerunt æthera nubes,
Nec Notus Aeolio carcere prosiluit.
Nec sæua ardenti sonuere tonitrua cælo:
Nec placidum armarunt ignea tela Iouem.
Scilicet optatos præbebat sylua recessus:
Grataq; sepositas antra dabant latebras.
Aereæ neque adhuc pulsabant sidera turres:
Nec stabat pario marmore fulta domus.
Ilicet auditi tonitruus, cum Iuppiter arces
Vidisset celsum tollere in astra caput.
Tum primum attonitæ nimbos, & fulmina gentes,
Ventorumq; nouas extimuere minas.
Quin etiam superum foribus præfulsit Orion,
Et læuum insolito munijt ense latus.
Me uero gelida lucus si protegat umbra,
Rura colam, uotis rura petita meis.
Illic formosæ uacinia prima Neæræ,
Et uiolas pictis ipse feram calathis.
Illic sectatus uolucres ad retia ceruos,
Arenti liquidos ore bibam latices:
Aut dulces plena decerpam ex arbore fœtus:
Aut pascam niueum læta per arua gregem.
Dij facite extremo decorent me rura sepulcro,
Spargat ubi rutilas mæsta Neæra rosas:
Et tristeis demissa genas, demissa capillum
Inscribat tumulo iam moritura meo:
Huic semper nemora, huic placuerunt mollia semper
Gramina: qui uiridi nunc quoque gaudet humo.


Eate fons, ocelle fontium omnium,
Qui picta multis prata floribus rigas,
Tuoq; suauem riuulo halitum accipis,
Vnde ipse odoratis quoq; affluis aquis:
Has lacrymas saeui doloris nuntias
Daphnis secundo amore iam Dijs proximus,
Nunc omnium miserrimus, libat tibi:
Vt bella Erilla, dum calore languida
Tuis refrigerat papillas undulis,
Tuoq; fessa conquiescit in sinu,
Quem mi peperit, identidem luctum hauriat:
Identidem illa illa hauriat, seu lucido
Fouet liquore membra; siue candidas
Manus, & aureas simul lauit comas.
Sic dura forsan molliet praecordia:
Roburq; tandem pectoris flectet sui.
Formosa Erilla, uosq; muscosi specus,
Et uos comantibus decorae ramulis
Valete lauri: quae meis laboribus
Saepe affuistis, & doloris consciae
Impressa leui signa fertis cortice.
Vestris in umbris, uestro in amplexu miser
Non amplius meos amores concinam:
Nec sibilantium licebit arborum
Captare frigus in tenaci gramine;
Greges'ue blanda detinere fistula.
Hunc ego diem hauriam supremo lumine:
Hoc intuebor ultimum Solis iubar.
Iam iam emoritur animus mihi, & pallentia

Iam iam ora diræ imago mortis occupat.
Quare meo donate fletu, & lacbrymis
Vale beate fons, ocelle fontium.

EIVSDEM EPIGRAMMATA.



V'ne igitur mi anime ambrosijs hærere labellis
Ausus es, & tenerum sumere basiolum?
Me miserum, tacitis traxisti incendia flammis,
Illita dum dulci melle uenena bibis.
Ah ne iterum male caute, iterum ne basia quære:
Non etenim iam animus, sed nouus ignis eris.

IAM remos, fragilemq; tibi Neptune carinam
Dat Celadon toto cognitus oceano:
Vt saltem, incertis qui uitam absumpsit in undis,
Excipiat patrio terra senem gremio.

Sic uenerande Typhon, tua quæ complectitur ossa,
Floreat æternis terra papaueribus:
Sic Venus Assyrio tumulos irroret amomo,
Atq; Hyblæa tibi munera libet apis.
Ne sacro desit cineri post fata uoluptas,
Ne'ue pios manes atra fauilla premat.
Et felicem animam crepitanti riuulus unda,
Et teneat lætis myrtus opaca comis.
Quæq; suis olim potuit mulcere querelis,
Nunc etiam extinctum te philomela iuuet.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Pagina 3 palustra palæstra. 3. fugeret. fugerit. 5. Heluitio. Heluetio. 5. Cōsere. Cōserere. 5. Corripiant. Corripiunt. 5 quisq;. quisquā. 6. in æquo. ut æquo. 7. Piplea. Pimplea. 8. erudior. erudior? 9. adeptam. ademptam. 10. Durare. Mutare. 12 Claustróque. Claustrisque. 13. reges. regens. 13. lena. leua. 17. famæ. fame. 17. fesulus. fesulas. 18. acrem. acrem. 20. possunt. possint. 21. magnāq;. magnaq; 22. crepidum. crepidam. 22. Teuthouillam. Teuthonillam. 22. sum. sim. 23. Iulum. Iulium. 23. Collatum. Collaltum. 25. Quisq3. Quiq3. 26. Siun. Sinu. 27. inuenū. nimium. 27. Scelestæ. Scelestæ. 27. nectat curia. nectit citria. 31. Vinula. Vrnula. 31. horridaq3. horridisq3. 31. Iscribitur Inscribitur. 31. admonet 33. Laus Saus. 34. A etteri. At etteri. 35. Ianacrides. Panacrides. 36. integre. integræ. 77. Vlyssens. Vlyssei. 41. Singulis. Singultis. 41. horrit. horruit. 46. tabidus. tabidus . . . 47. Percussu. Percussa. 51. Romulæ. Romule. 53. Orti. Oris. 61 fessus. usus. 64. nepote. nepotes. 65. At mox leuorsum. lene orsus. 66. Et Fuganæ. Euganæ. 66. modulatur. modulantur. 68. Tu. Tū. 71. Salus. saltus. 71. ripa. ripæ. 75. Deest hic uersus. Seu iam pausylipi lætis in collibus erras. 76. Volle. ualle. genitum. gemitum. examines. exanimes.

Plæræq3 distinctiones prepostere habentur, quas prudens lector suis locis reponet.

VENETIIS APVD GABRIELEM

IOLITVM DE FERRARIIS.

M D L.

